

cinque, 16. q. 1. desumpto ex Concil. Vormacensibus verbis: [Quicumque voluerit in sua proprietate ecclesiam edificare, & consensum, & voluntatem Episcopi habuerit, in cuius parochia est, licitum sit.] & cap. Lator. 16. q. 15. & in cap. Quidam, desumpto ex Concil. Calcedonensi 18. q. 2. his verbis: [Placuit igitur neminem aut edificare, aut construere monasteria, aut Oratorij domum sine consensu ipsius civitatis Episcopi.] & text. in cap. Placuit. 1. q. 2. & cap. Nemo, & in cap. Bafivias, & in cap. Ecclesias, de consecr. dist. 1. & text. in cap. Ad audientiam, & in cap. sine de Eccles. edific. & in c. Antioritatem, eod. tit. in 6. & in c. 1. de excess. Pralat. eod. tit. Quod etiam Iustinianus disposuit in novell. 5. in princ. & in novell. 131. vers. Nemo oratorium, & ultra Ordinarios in supracitatis locis etiam Turrecem in d. c. Nemo, num. 5. Abb. in c. Nobis, num. 2. de inepatronat. & Gregorius Lopes in l. 1. glof. 5. tit. 10. par. 1. Et ratio principalis est, quia Summus Pontifex, vel Ordinarius antequam ad licentiam concedendam, & consensum præstandum procedant, opus est, ut habeant considerationem ad proventus, ad custodiam, custodumque stipendia, quos statuit qui edificare desiderat, & quod dotatio sufficiat pro cultu divino in illa ecclesia, seu hospitali, & ministerio ministrantibus, & pro oneribus solvendis, ad text. cap. Pie mentis, 16. q. 7. Cum alias Summus Pontifex, vel Episcopus si sine dotatione permisisset ecclesiam, vel hospitale edificari teneretur de proprio illam dotare exemplo Ordinarium sine titulo, quos tenetur alere, vel de beneficio eis providere, cap. Episcopus, de præben. Et ideo si ante constructionem ecclesie, vel hospitalis opus est omnia prædicta examinare, illorumque examen spectet ad Summum Pontificem, vel Ordinarium, satis rationi congruit stabilire, prout Sacrum Concilium stabilitum habet, quod post constructionem debeat dicta ecclesia, vel hospitale visitari quoad documentum quod ad effectum, ut onera solvantur, & debita sustentatio subministraretur, & Administratores tam ecclesiastici, quam laici debeant rationem reddere eorum administrationis, ut in d. sess. 22. cap. 8. & 9. expressè cavetur.

Si verò consideramus nostrum hospitale ut domus laicalis pro pauperibus recipiendis, & infirmorum gubernio, quæ domus licet largo modo dicatur religiosa respectu operis pii, non tamen gaudebit ecclesiastica libertate, immunitate, & aliis ecclesiasticis privilegiis; & tunc in illius constructione non est necessaria licentia, seu consensus Apostolicus; ita distinguit Hostien. in ferm. tit. de regular. §. Quis sit regularis, vers. Quid de iusticia, & vers. Nota, & in vers. Quis possit fundare. Eandem distinctionem faciunt Lambert. de inepatronat. par. 1. lib. 1. art. 3. q. 2. in princ. ali. num. 4. quam similiter tenet etiam Pal. de Citada eodem tract. 3. par. num. 7.

Sed sic est, quod hospitale nostrum gaudet libertate immunitate, & aliis privilegiis ecclesiasticis, & ex iuribus sup. allegatis, & non potuit edificari sine licentia, & consensu Apostolico, necessarium dicendum venit, quod non comprehenditur sub exemptione cap. & d. sess. 22. S. Concilij Tridentini, cum verè, & realiter non exsistat sub immediata protectione Suae Majestatis nostri Potentissimi Regis, prout requiritur in d. S. Conc. ad effectum exemptionis prædictæ; & immediata Regis prote-

ctio dicitur illa, quæ non habet aliquam dependentiam ab Ecclesia considerando verbum illud immediate, confidendo etiam, quod S. Visitatio fit à Summo Pontifice, & ejus nomine in Urbe omnibus locis piis, & necesse videtur qualiter hospitale nostrum velite eximere ab illa recipienda sub prætextu Regis protectionis, quæ, etiam si hospitale non esset locus pius ecclesiasticus, non posset in Urbe Roma diei immediata, ut S. Concilium requirit, in qua tam ecclesiastica, quam prophana existunt immediate sub Pontificia jurisdictione, sed de hoc opus non est disputare, cum verè, & realiter hospitale nostrum sit locus pius, & ecclesiasticus, & sit immediate sub potestate, & jurisdictione Summi Pontificis; ipse enim est verus Administrator omnium ecclesiarum, & rerum earum, & communis Rector, vel Princeps in bonis subditorum, ut in cap. Sicut venire, & ibi Bart. de excess. Pralat. per text. in cap. Multiplici, de decim. & latissime noster glossator Gregor. Lopez, in l. 5. tit. 5. par. 1. glof. 21.

Et in omnem casum quamvis ista Regia protectio debeat haberi in consideratione, & de ea evidenter constet, non potest dici nisi protectio generalis, quæ non eximit personas, nec res à potestate Ordinarij, ut est text. expressus in c. Ex parte, si secundo, de privi. ubi omnes, & est casus singularis apud Gemin. in cons. 81. & hoc casu videtur potius recommendatio; quam protectio, per quam etiam si in signum recognitionis solvatur census, non tamen locus, & persona recommendata eximitur à potestate, & jurisdictione ejus, cui de jure subest, text. in cap. Recepinus, & in d. c. Ex parte, de privi. & in cap. Si Papa eodem tit. in 6. Gemin. ubi sup. num. 2. vers. Nam recommendatum. Unde si Summus Pontifex in d. cap. Ex parte decernit, quod existentes sub generali protectione ipsius, & Sedis Apostolicæ, non eximantur à potestate Ordinarij: Quanto magis concludendum venit, quod existentes sub generali protectione Regis non sint exempti à potestate Summi Pontificis, cui cedunt Imperatores, & Reges ex adductis per Joan. Garz. de nobilit. & exempt. Hispanie, glof. 48. §. 3. num. 4. & 8.

De Religiosis domibus.

Cap. Ad hac.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**ocus deputatus auctoritate Episcopi ad hospitalitatem ipsius religiosus est, & ad mandatum nos usus redire non debet.
- 2 **H**ospitale quilibet etiam laicus potest sibi construere in domo propria, sed non erit religiosum, nisi fuerit fundatum auctoritate Episcopi.
- 3 **L**ocus sit religiosus, licet non sacer de iure civili si mortuus fuerit atque etiam in sola alieno.
- 4 **S**ecus de iure canonico.
- 5 **R**eligiosum est quicquid est sacrum, sed non è converso.
- 6 **H**ospitalia, & loca pia an subint visitationi, & in visitationi Episcopi diocesani, & num. seq. usq. ad num. 59.
- 7 **H**ospitalia auctoritate Episcopi fundata subint itim visitationi.

Idem

De Religiosis domibus, c. Ad hac.

- 8 **I**dem in alijs locis pijs.
- 9 **H**ospitalia, & alia pia loca visitari possunt ab Episcopo tam per seipsum, quam per Vicarium, seu alios visitatores.
- 10 **E**tiam si illorum cura ad laicos pertineat, & num. seqq. & num. 27.
- 11 **H**ospitalium administratores, imò & Rectores esse possunt non tantum clerici, sed etiam laici.
- 12 **I**udices seculares non prohibentur à Concilio Tridentino visitare hospitalia, confraternitates, elemosynas, & alia pia loca; si alias eis hoc ius visitandi legitime competat.
- 13 **C**onfraternitas laicorum, & hospitalia ei adiunctum visitari potest ab Episcopo, sed elemosynarum distributio relinquenda est confraternitati, si bene utatur.
- 14 **S**chola, seu domus hospitalis S. Marie Mediolanen. visitari potest ab Archiepiscopo.
- 15 **H**ospitalia, & loca pia sunt visitationi Episcopi etiam si illorum administratores laici à Principe deputentur.
- 16 **R**eges sicut dignitatis altitudine præminent, ita potius prerogativa gratie sunt attolendi.
- 17 **H**ospitale manus Eugubini visitari potest ab Episcopo, licet ex privilegio à septem laicis à Duce Urbini confirmandis gubernetur.
- 18 **H**ospitalia subint visitationi Episcopi, licet sint sub cura Universitatum.
- 19 **M**agister artium gaudens privilegijs Universitatis scien. cogi potest ab Episcopo ad exhibitionem, & executionem testamenti, in quo sunt legata pia ab ipso solvenda.
- 20 **V**isitare potest Episcopus hospitalia, & loca pia sue diocesis, etiam si exemptionis privilegio sint munita.
- 21 **I**nquisitionis Officialis in Regno Siciliae ab Episcopo cogi possunt solvere legata pia, non obstantibus allegatis exemptionibus.
- 22 **A**bsolvere potest Episcopus quos de iure communi, vel ex Concilio Tridentino potest excommunicare.
- 23 **C**ausa super visitatione hospitalis Platee Nidi Neapolis committitur in Rotam sine retardatione visitationi Ordinarij.
- 24 **C**onfuetudo immemorabilis, vel statutum non obstant, quominus Episcopus visitare possit hospitalia, & loca pia sue diocesis.
- 25 **E**piscopus in visitatione hospitalium, & piorum locorum potest statuere que ad rectam administrationem pertinent.
- 26 **H**ospitalium administratio, Rectorisque & Ministrorum deputatio de iure communi ad Episcopum pertinet.
- 27 **E**x consuetudine tamen, vel privilegio potest competere etiam laicis.
- 28 **M**ulier an possit præfici curæ hospitalis.
- 29 **R**egimen ex sui natura est officium virile.
- 30 **M**ulierem decet subesse, non præesse.
- 31 **A**dministratores hospitalium, & piorum locorum cogi possunt quotannis ab Episcopo ad reddendam rationem administrationis.
- 32 **N**on obstant contra consuetudine etiam immemorabilis, & num. seqq.
- 33 **A**dministratores fabricæ maioris ecclesie Cremonen. qualiter rationes administrationis Episcopo reddere teneantur.
- 34 **C**onfuetudine simpliciter sublata, an, & quando censetur sublata immemorabilis, & n. 36.
- 35 **A**dministratores hospitalis Corduben. tenentur reddere rationem administrationis Episcopo, non obstante privilegio immemorabili, & sententia super his lata.
- 36 **S**ententia declaratoria nullum ius tribuit. Administratores tenentur libram rationum deferre ad Episcopum, & in domo eiu rationem reddere.
- 38 **O**rdinarius debet rationibus interesse illis diebus, quibus ex privilegio, consuetudine, vel constitutione reddenda est ratio.
- 39 **N**on tamen dum hore Canonice recitantur.
- 40 **I**tem adhiberi debet etiam si alijs ad id deputatis ratio reddenda sit.
- 41 **E**t tam in ratione reddenda, quam in liberatione facienda.
- 42 **E**t eius votum commutari debet cum voto ceterorum in absolvendo, vel condemnando.
- 43 **H**ospitalia, & alia loca pia, que sunt sub immediata Regum protectione, ab Episcopo visitari nequeunt sine illorum licentia.
- 44 **E**piscopus visitare non potest hospitalia, & loca pia ex lege fundationis exempta, nec rationes exigere, & num. 38.
- 45 **E**t in fundatione sufficit Diocesani consensus.
- 46 **E**piscopus cogere potest administratores ad voluntatem fundatoris exequendam non obstante contraria lege fundationis, & num. seqq.
- 47 **H**ospitalia, & alia pia loca Militarium Ordinum, & aliorum religiosorum Episcopus nec visitare potest, nec rationes administrationis exigere.
- 48 **A**bbates, Abbatisse, & Præpositi monasterii in titulum obtinentes, vel habentes administrationem ecclesiarum suarum non tenentur reddere rationes Episcopo.
- 49 **F**rateres, & administratores hospitalium B. Ioannis Dei tenentur singulis annis reddere Ordinario rationem administrationis.
- 50 **R**eligiosi an præfici possint hospitalibus.
- 51 **H**ospitalia constructa sine auctoritate Episcopi non est religiosum, seu ecclesiasticum, nec subest illius visitationi.
- 52 **O**ratorium cuiuslibet privato licet construere in domo propria, dummodo non habeat formam ecclesie, nec ibi celebrentur Missæ.
- 53 **H**ospitalia sine auctoritate Episcopi fundata an possint ad profanos usus reduci.
- 54 **O**rdinarius non habet auctoritatem visitandi hospitalia, neque confraternitates, que à laicis reguntur, nisi in casibus à iure expressis.
- 55 **H**ospitalia privata sunt loci pii, & mortuo patrono spectat ad sollicitudinem Episcopi, ut voluntas fundatoris executioni demandetur.
- 56 **H**ospitalia fundata sine auctoritate Episcopi est privata: potest tamen ab ipso visitari in his tantum, que ad observandam voluntatem fundatoris pertinent.
- 57 **E**piscopus potest exigere rationes ab administratoribus omnium piorum locorum etiam merè laicorum, & in casibus à iure non concessis.
- 58 **N**isi secus in fundatione expressè cautum fuerit.
- 59 **A**dministratores piorum locorum etiam privatorum male administrantes cogi possunt ab Episcopo rationes reddere, & exequi voluntatem fundatoris non obstante ipsius prohibitione.
- 60 **A**dministratores, qui piorum locorum redditus in suos usus convertunt, incidunt in excommunicationem Papæ reservatam.

- 61 *Universitas*, seu illius officiales, qui pecunias ad ecclesiam spectantes eidem *Universitati* mutuarunt ad emendam annonam, an incidant in excommunicationem cap. 11. sess. 22. Concilij Tridentini & n. sequisq. in fin.
- 62 Excommunicationis poena induci non debet nisi in casibus in iure expressis.
- 63 Relativum, quis, *Universitatem* non comprehendit.
- 64 *Universitas* est persona ficta, seu representata.
- 65 Civitas non comprehenditur sub dispositione c. Felicis, de pen. in 6.
- 66 Excommunicatio prohibetur ferri in *Universitatem*.
- 67 Conversionem in usum, & utilitatem proprie non dicitur quod restitui debet.
- 68 Excommunicatio turis semper supponit peccatum mortale.
- 69 Statutum *Universitatis* in favorem ecclesie editum an ab ipsa revocari possit.
- 70 Consectudo an excuset a poena excommunicationis.
- 71 Verbum, praesumant, non versetur in his, qui ex simplicitate aliquid contra legem faciunt.
- 72 Intellectus L. Pomponius, §. Ex facto, ff. de acquir. possess.
- 73 Furtum an committat qui re aliena utitur ad alium usum, quam dominus concesserit.

AD HÆC. Locus deputatus auctoritate episcopi ad hospitalitatis usum religiosus est, & ad mundanos usus redire non debet. Hoc dicit. Primò decisa consultatio. Secundo responso ibi, *Inquisitioni* : quam probat per simile ibi, *Sicut*.

2 Nota ex hac decretali ad hoc ut hospitalia sit religiosa, oportere ut sit fundatum auctoritate Pontificis. Ratio est, quia et si quilibet etiam laicus possit construere hospitale in domo propria sine auctoritate Episcopi, cap. 1. de empr. & vendit. tamen sine Episcopo non potest facere locum religiosum, l. In tantum, §. Sacre, ff. de rer. divis. & l. 3. §. Si quis in sepulchro dolo malo, ff. de sepulch. viol. & hic notant glossa prima, Innocen. Hostien. & Jo. Andr. omnes in prin. Butr. in 1. not. ab. Abb. num. 2. & alij communiter.

3 Nec refragatur quod privatus mortuum inferendo etiam in solo alieno de consensu domini locum faciat religiosum, licet non sacrum, l. 2. C. de relig. & sumpt. funer. in fin. de rer. divis. §. Religiosum; & e converso locus huiusmodi per extumulationem definit esse religiosus, l. Cum in diversis, ff. eod. Et enim hoc vendicat sibi locum de iure civili, non autem de iure canonico, ut est casus hic. Ad idem cap. In ecclesiastico, 13. quasi. 2. ubi gloss. fin. (Terra, inquit, sit sacra, vel religiosa auctoritate Pontificis, non ex eo quod mortuus inferatur ad locum,) ut extra, de relig. domib. cap. Ad hæc; sed secundum legem fecus est: nam si transferatur corpus ad alium locum, definit locus esse religiosus, vel etiam si capitur ab hostibus, ut ff. de relig. l. Cum in diversis; & l. Cum loca; ita gloss. quam sequuntur Lauren. Archid. Bellam. & Turrecrem. ibidem. Item Innocen. in cap. Abolenda, supra de sepulch. Anton. de Butr. hic n. 5. & Abb. n. 2. & secundum glossam præalleg. & Butr. Quidquid est sacrum, est religiosum, sed non convertitur: ubi enim mortuus inferatur sit religiosus, sed non facer, ut in d. In tantum, ff. de rer. divis.

4 Unde cum episcopus Lucensis præterens sibi licere visitare confraternitatem Sancti Michaelis eiusdem civitatis, etiam laicis gubernaretur, qui sententiam super hoc a Delegato Sixti V. obtinuerunt, postulasset hoc a S. Congreg. Concilij declarari: responsum est Episcopum posse hanc confraternitatem visitare ex cap. 2. sess. 22. administrationem autem confraternitatis, & præsertim hospitalis ei adiuncti reliquendam confraternitati, &

6 QUÆRO generaliter An hospitalia, & loca pia subsint visitationi, & iurisdictioni Episcopi, in cuius diocesi sunt sita.

Pro pleniori notitia, & explicatione materiae constituendæ sunt duæ conclusiones principales eum suis ampliationibus, & limitationibus.

7 Prima conclusio est affirmativa, videlicet: Hospitalia auctoritate Episcopi erecta subsunt visitationi Episcopi diocesi. Hæc conclusio probatur hic in cap. præced. & ibi dixi in primo notab. & de visitatione est expressum in decreto Concilij Trid. cap. 8. sess. 22.

8 Ampliatur primo hæc conclusio, ut procedat non tantum in hospitalibus, sed etiam in alijs locis pijs in diocesi episcopi constitutis, ut patet in cap. proximo supra eod. ibi, & alijs similibus locis; per quam litteram glossa 2. & alij dicunt manifestum esse etiam monasteria, & alia loca religiosa de iure communi ad Episcopum loci pertinere, ut ibi fultus adnotavi n. 2. & expressius apparet ex decreto d. cap. 8. sess. 22. ubi statutum est, ut Episcopi habeant jus visitandi non solum hospitalia, sed etiam collegia quæcumque ac confraternitates laicorum etiam quas scholas, sive quocumque alio nomine vocant, & elemosinas Montis Pietatis, sive Charitatis, & pia loca omnia quomodocumque nuncupentur.

9 Ampliatur secundo eadem conclusio ex sententia S. Congr. Concilij, ut episcopus visitare possit hospitalia, & loca huiusmodi tam per seipsum, quam per Vicarium, seu alios visitatores, iuxta text. in Clem. Quia contingit, in primo responso ibi, Per seipsum, vel alios impleant, de relig. domib.

10 Ampliatur tertio, ut habeat locum etiam cura hospitalium, & piorum locorum ad laicos pertineat; siquidem non solum clericis, sed etiam laici possunt esse administratores, imò & Rectores hospitalium, ut in cap. præced. tenent Doctores, & in specie Abb. num. 4. gloss. in d. Clem. Quia contingit in ver. Sacularibus; & hodie est expressum in decreto Concilij Tridentini, d. cap. 8. sess. 22. ibi, etiam si prædictorum locorum cura ad laicos pertineat.

12 Quinimò etiam jus visitandi hospitalia, & alia pia loca potest ad laicos pertinere, ut Sacra Congregatio declaravit: nam vicario Ferreriano postulanti an iudices seculares habeant jus visitandi hospitalia, confraternitates, elemosynas, & alia pia loca, quorum cura ad laicos pertinet; & illa cognoscendi, & exequendi non obstant quod ex Concilij Tridentini decreto, cap. 8. sess. 22. Episcopi ad hoc munus obeundum sint a Sede Apostolica delegati: respondit Concilium cap. 8. non prohibere quominus iudices seculares possint visitare huiusmodi hospitalia, dummodo alijs eis hoc jus visitandi legitime competat. Hospitalia igitur, & loca huiusmodi Episcopus visitare potest etiam illorum cura, gubernatio, & visitatio ad laicos pertineat.

13 Unde cum episcopus Lucensis præterens sibi licere visitare confraternitatem Sancti Michaelis eiusdem civitatis, etiam laicis gubernaretur, qui sententiam super hoc a Delegato Sixti V. obtinuerunt, postulasset hoc a S. Congreg. Concilij declarari: responsum est Episcopum posse hanc confraternitatem visitare ex cap. 2. sess. 22. administrationem autem confraternitatis, & præsertim hospitalis ei adiuncti reliquendam confraternitati, &

ti, & officialibus ab ea deputatis iuxta sententiam latam a Delegato Sixti V. Redditum autem, & erogationem elemosynarum, si in certos usus destinatz sunt, non debere, nec posse Episcopum in alios usus convertere, si vero distributio est arbitraria confraternitati, & bene utatur confraternitas ista, suo arbitrio permittat sic Episcopus alijs provideat prout melius expedire videbitur.

14 Rursus confratres hospitalis S. Mariz Mediolanen. præterebant se non posse ab Ordinario visitari, nec ei teneri reddere suæ administrationis rationem, allegantes Scholam, seu domum dicti hospitalis nullum altare, vel campanile habere, nulla ecclesiastica immunitate ejus bona gaudere, pro ejus litibus iudices laicos adiri, officiales ab ipsis confratribus deputari, in alienationibus bonorum, & contractibus hospitalis nullam solemnitatem adhiberi quæ adhibenda est cum bona ecclesiastica distrabantur; à principio à laicis esse fundatum; & à tempore imemorabili esse eos in quasi possessione omnes actus exercendi sine Episcopi auctoritate; & ideo nullo modo ejus iurisdictioni, aut visitationi subiacere. Archiepiscopus autem illud visitare præterens, ac sibi reddi administrationis rationem, allegabat omnes hujus hospitalis redditus consistere in legatis testatorum relictis cum onere distribuendi pauperibus, & Missas celebrandi; & iurisdic. à se esse visitandum, ut videretur pia testatorum voluntates in aliquo fraudarentur: S. Congregatio censuit Archiepiscopum posse visitare, & exigere rationis redditionem ab administratoribus istius hospitalis. Et præsupposito de consuetudine reddi rationem certis personis deputatis; Archiepiscopum una cum ejusmodi personis auctoritatem habere exigendi hanc redditionem rationis, & suam sententiam dicendi.

15 Ampliatur quarto, ut hospitalia possint ab Episcopo visitari etiam illorum administratores, & ministri laici à Principe deputentur, vel confirmantur: nam decretum, d. cap. 8. sess. 22. excipit à visitatione Episcopi illa tantum hospitalia, quæ sunt sub immediata Regum protectione, quæ exceptio firmat regulam in contrarium in alijs Principibus, in quibus non viget tanta ratio, quanta in ipsis regibus propter sublimitatem dignitatis. Ad hoc c. fin. de offic. deleg. lib. 6. ibi, Regibus, & Reginis, qui sicut dignitatis altitudine præminent, sic prerogativa gratiæ ipsos convenit anteferris. Simile in cap. Ne aliqui, vers. Illius quæ regibus, de privileg. eod. lib. & in extrava. Excecrabilis, §. Nos, itaque, de præben. Et quando Concilium voluit præservare jura aliorum Principum, expressit, ut fecit in cap. 9. sess. 25. ibi, (Exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu Regna possidentem, aliosque sublimes, ac supremos Principes jura imperij in dominiis suis habentes pertinent.)

16 Unde cum Eugubini cives obtinissent à Sede Apostolica per septem cives hospitale majus dictæ civitatis quotannis eligendos, & à Duce Urbini confirmandos gubernari; petiit Episcopus Eugubinus an sibi liceret dictum Hospitale liberè visitare, & sub ejus nomine ea ordinare etiam puniendo, quæ ad ejus utilitatem necessaria viderentur: S. Congregatio respondit ex cap. 8. sess. 22. licere Episcopo visitare, & ea cognoscere, & equi quæ in dicta cap. 8. continentur.

17 Ampliatur quinto, etiam si hospitalia, & alia ejusmodi loca sint sub cura universitatum: apocrypha enim est decisio S. Congregationis, quam in oppositum allegat Augustin. Barbosa: nam Concilium in d. c. b. excipit tantum hospitalia sub Regum protectione, ut proximè dictum est. Et in illis verbis, (Etiam si illorum cura ad laicos pertineat,) Satis clarè includit etiam universitates; præsertim quia ubi voluit universitates præferre, discretis verbis expressit, ut fecit in cap. 5. in fine, sess. 14. & in d. cap. 9. vers. Exceptis, sess. 25. Quod cum non fecerit in d. cap. 8. censetur noluisse arg. cap. 2. de trans. & l. unica, §. Sin autem, ad deficientes, C. de Caduc. tollen. cum similib. & ita Sæpius, S. Congregatio declaravit, ut patet in specie in decisione relatâ in præcedenti ampliatione.

18 Ampliatur sexto, ut prædicta conclusio ut habeat locum etiam Hospitalia, & loca pia exemptionis privilegio sunt munita; nam nihilominus Episcopus potest illa visitare, & alia facere, quæ habentur in d. cap. 8. sess. 22. ut patet in Clem. Quia contingit, in 1. responso, ibi, (Etiam si pia loca prædicta exemptionis privilegio munita consistant,) de relig. domib. innovata à Concilio Tridentino in cap. 15. sess. 7. ubi dicitur: (Carent ordinarij, ut hospitalia quæcumque à suis administratoribus quocumque illi nomine censentur, etiam quomodolibet exemptis fideliter, & diligenter gubernentur.) Eadem derogatio habetur in d. cap. 8. ibi, (Atque eadem pia loca,) & in fine ibi, (non obstante privilegio,) & ita Sæpius censuit Sacra Congregatio, ut dixi in cap. præcedenti, num. 8.

Quemadmodum verò hospitalia, quæ ab universitatibus gubernantur, subsunt visitationi Episcopi; ita & illorum Rectores universitatum privilegij gaudentes, Unde proposito dubio an Episcopus possit cogere magistrum artium gaudentem privilegij universitatis. Ossen. ad exhibendum testamentum, in quo sunt legata pia ab ipso solvenda, & eundem ad executionem compellere: S. Congregatio censuit utrumque posse.

19 Ampliatur sexto, ut prædicta conclusio ut habeat locum etiam Hospitalia, & loca pia exemptionis privilegio sunt munita; nam nihilominus Episcopus potest illa visitare, & alia facere, quæ habentur in d. cap. 8. sess. 22. ut patet in Clem. Quia contingit, in 1. responso, ibi, (Etiam si pia loca prædicta exemptionis privilegio munita consistant,) de relig. domib. innovata à Concilio Tridentino in cap. 15. sess. 7. ubi dicitur: (Carent ordinarij, ut hospitalia quæcumque à suis administratoribus quocumque illi nomine censentur, etiam quomodolibet exemptis fideliter, & diligenter gubernentur.) Eadem derogatio habetur in d. cap. 8. ibi, (Atque eadem pia loca,) & in fine ibi, (non obstante privilegio,) & ita Sæpius censuit Sacra Congregatio, ut dixi in cap. præcedenti, num. 8.

20 Et alius cum conquisisset Episcopo. Pacten, quod officiales Inquisitionis in Regno Siciliae, cum tenerentur solvere legata pia, effugerent forum Episcopi tamquam officiales S. Officij. Responsum est Episcopum posse eos compellere ad solutionem non obstantibus allegatis exemptionibus. Et postea cum idem Episcopus obtinisset facultatem eos, si minus parere vellent, excommunicandi, dubitavit an etiam haberet facultatem abolendi. Et responsum habere in illis casibus, in quibus ex Concilio, vel jure communi habet facultatem excommunicandi.

21 Item Receptoribus hospitalis Plateæ Nidi Neapolis petentibus committi causam super visitatione ipsius hospitalis cum ipsi præterderent ab Ordinario visitari non posse, à cujus visitatione, & iurisdictione à Sede Apostolica fuerat exemptum, ad petitionem Cardinalis Brancatij, qui illud redificaverat: Sac. Congregatio censuit causam committendam in Rota cum clausula sine retardatione visitationis Ordinarij.

22 Ampliatur septimo, ut Episcopus visitare possit non obstante contraria consuetudine etiam imemorabili, vel statuto: his enim sicut, & privilegio expressè derogatur in d. cap. 8. in fine sess. 22. Quinimò hoc vendicat loci locum etiam simul concurrant privilegium, immemorabilis, & sententia.

23 Ampliatur octavo, ut Episcopus visitare possit non obstante contraria consuetudine etiam imemorabili, vel statuto: his enim sicut, & privilegio expressè derogatur in d. cap. 8. in fine sess. 22. Quinimò hoc vendicat loci locum etiam simul concurrant privilegium, immemorabilis, & sententia.

rentia declaratoria, ut patebit infra in duodecima ampliatione, num. 36.

25 Ampliatur octavo, ut Episcopus sicut habet jus visitandi hospitalia, & loca hujusmodi, ita etiam habeat potestatem curandi, ut a suis administratoribus fideliter, & diligenter gubernentur, servata forma dicti Clem. Quia contingit, ut in decreto Concilij Tridentini, cap. 8, sess. 22. Item cognoscendi & exequendi omnia, quae ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ut habetur in d. c. 2.

Hinc orta lite inter Episcopum Narnien. & Administratores Hospitalis Sancti Trinitatis super visitatione, ac Itatorum reformatione, quam Episcopus facere posse praecedebat circa statum, & administrationem dicti hospitalis a laicis crediti, & semper ab eis sine Episcopi interventu administrati; cum ad sedandam controversiam adissent S. Congregat. Concilij: responsum posse Episcopum visitare, & visitando ea statuere, quae ad bonam administrationem pertinent; maxime ex quo ipsi deputati negligentes fuerint in providendo abusibus, reservata tamen discussione singulorum Itatorum, quae Episcopus faciet, si forte in eis modum excefferit.

26 Ampliatur nono, ut Episcopus de jure communi fundet intentionem non solum super visitatione hospitalium, & piorum locorum, sed etiam super illorum administratione, & ordinatione, Receptorique, & ceterorum officialium deputatione, ut probatur in cap. prox. supra eod. ubi hoc tenent Hostien. Joan. Andr. & ceteri omnes, ut ibi dixi, n. 2. & in specie Butr. n. 2. [Nota, inquit,] argumentum quod super creatione administratoris, vel rectoris hospitalis Episcopus fundat intentionem de jure communi: inferior ergo se non intrumittit; & sic hospitalia sunt in administratione ecclesiae eo quod sunt hospitalia.] Hec ille. Ceterum si ex consuetudine legitime praescripte, vel privilegio Apostolico inferiores Episcopo habeant administrationem, & deputationem officialium, haec facultas, non est subdita a Concilio, quin potius praeservata etiam quoad laicos in d. c. 3, sess. 22. ibi, si etiam illorum cura ad laicos pertineat.] ut fufus ostensum est supra in 3. 4. ampliatione. Unde etiam post Concilium potest laicis competere administratio, & cura hospitalium, & piorum locorum, sed privilegium, vel consuetudo eis non suffragabitur quominus visitationem Episcopi subire, eique rationes administrationis reddere teneantur, ut patebit in seqq. ampliati. Quod si queras an mulier possit praefici curae hospitalis, Lap. de Castillione relatus a Cardin. in cap. praecedenti, §. 1. n. 6. tenet posse; nam quandoque hospitalia subdiciuntur Abbatissis, licet subdat hospitalia a viris regi consuetum foeminae demandari non posse, nec e converso, cap. Cum de beneficio, de praebendis, §. In oppositum est littera dicti Clem. Quia contingit, §. 1. de Relig. domib. ibi, sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & boni testimonij committatur, & hoc placet Cardinali ubi supra, quia regimen ex natura est officium utile. Mulierem autem decet subesse, non praeficere, §. Tri. 3. 7. cap. Dilecti, & quod ibi notatur, de arbitrio, & cap. Ex parte de appellat. Quod tamen limitat, nisi esset hospitalia mulierum, vel ex speciali causa hoc eis permitteretur.

31 Ampliatur decimo, supra dicta conclusio, ut

non solum possit Episcopus hospitalia, & loca hujusmodi visitare; sed etiam singulis annis ab illorum administratoribus rationes administrationis exigere, ut per Cardin. in Clem. 1. num. 14. de testam. Imola in Clem. Quia contingit, num. 7. de Relig. domib. Jo. Francisc. Pavin. de visitat. q. 5. 2. p. num. 43. & hodie est expressum in decreto Concilij Tridentini, cap. 9, sess. 22. Imo fortius hoc; quia major auctoritas competit Episcopo quoad exigendas rationes, quam in quoad jus visitandi, ut patebit infra in secunda conclusione negativa in tertia fallentia, num. 57.

32 Ampliatur undecimo, ut Episcopus rationes administrationis exigere possit non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili: nam et si Concilium Tridentinum in d. c. 9, sess. 22. simpliciter tollat consuetudinem; tamen eo decreto etiam immemorabilem sublatam esse optimis rationibus deduxit S. Congregatio in causa Cremonen. Nam cum administratores fabricae majoris Ecclesiae ejusdem civitatis declarari postuissent, an possent visitari ab Ordinario, eique rationem reddere tenerentur eorum administrationis: S. Congregatio censuit quod ad caput visitationis attinet, de quo in sess. 22. cap. 3. non expedire nunc procedere ad ulteriorem declarationem. Quod vero spectat ad caput redditionis rationum administrationis fabricae, locum habere ultimam partem, cap. 9, sess. 22. cum illa interpretatione alia data: ut Episcopus adhibitis alijs deputatis habeat votum decisivum, ut possit in sua domo jubere reddi rationes, & convocare deputatos. Et haec declaratio sentit S. Congregatio quod licet civitas alleget immemorabilem, & dato quod de ea liquidum constaret, & quamquam cap. 9, sess. 22. tollat solum quaecumque consuetudines, non exprimit immemorabilem, quo casu immemorabilis non censetur subdita, ut alias Congregatio decrevit: tamen ex quo, cap. 9, facit regula, quod reddantur rationes Ordinario, excipiendo unum tantum casum, nisi in Institutione fabricae secus expressum cautum esset, subdita censetur; quia talia verba non possunt convenire immemorabili, quia cum in ea nulla verba expressa legi possint, cum consistat in praesumptionibus; impossibile est dicere quod cautum sit expressum per immemorabilem. Et exceptio haec sola dicitur firmare regulam in casibus non exceptuatis. Ergo regula habebit locum etiam in immemorabili tanto magis in eo casu, in quo Episcopus adjungit sibi alios deputatos; quia si dicamus non habere locum quando adest consuetudo immemorabilis, numquam procederet; quia clarum est ante Concilium Episcopum nunquam fuisse adhibitum ea forma, quam Concilium requirit. Unde cum sit nova forma inducta a Concilio, non consideratur immemorabilis praecedens, ut dicitur in forma examinis per concursum sess. 24. cap. 18.

35 Ampliatur duodecimo, ut possit Episcopus hujusmodi rationes exigere ab administratoribus etiam simul concurrant privilegium, & contraria consuetudo etiam immemorabilis, & sententia declaratoria super his lata, ut S. Congregatio declaravit: nam orta lite inter Episcopum, & administratores hospitalis Cordub. super redditione rationum hospitalis, Episcopus pro se allegabat decretum Concilij; Administratores vero sententiam

tias, privilegia, & consuetudinem immemorabilem, Sacra Congregatio censuit licere Episcopo non obstante sententia, consuetudine immemorabili, & privilegio dictum Hospitale visitare: nam privilegium est sublatum per Concilium.

36 Sententia vero est declaratoria, quae nullum jus tribuit, quia cum simplici consuetudine quadraginta annorum non possint se laici administratores eximere a redditione rationum per Clem. Quia contingit, quae illas tollit, sequitur Concilium cap. 9, sess. 22. derogans consuetudini ut aliqui operetur, intelligendum esse de immemorabili. Tiraq. de retrac. convent. num. 25.

37 Ampliatur decimotertio, ut administratores teneantur librum rationum deferre ad Episcopum & in domo ejus rationem reddere, ut censuit Sac. Congregatio in causa hospitalis civitatis Saranen. necnon in causa fabricae Cremonen. de qua supra in undecima ampliatione. Ceterum consulta an Ordinarius ad executionem rationis debeat intervenire illis, quibus ex privilegio, consuetudine, vel constitutione reddenda est ratio: respondit debere. Alias tamen dixit in una Civitaten. die 5. Februarii 1593. nec Episcopum, nec Capitulum rationem administrationis exigere debere tempore, quo recitantur horae Canonicae.

40 Ampliatur decimoquarto, ut etiam si ex consuetudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqua localis ad id deputatis ratio reddenda sit, nihilominus cum ipsi adhiberi debeat etiam Ordinarius, ut disertis verbis statuitur in fine d. c. 9, sess. 22. Atque ita privilegium, consuetudo, aut constitutio, quibus alteri quam Episcopo reddenda est ratio, non sunt quidem funditus sublata a Concilio, sed modificata, ut locum habeant non privative ad Episcopum, sed cum alio, Felin. in c. Pastoralis, in 3. c. 5. limitat. de offic. ordinar. & ita rescriptit S. Congregatio ad sancti. memoriae Cardinalium Borromaei sub die 7. Febr. 1575.

41 Ampliatur decimoquinto, ut quemadmodum Episcopus una cum deputatis adhiberi debet in ratione reddenda, ita etiam sit adhibendus in liberatione facienda. Unde in causa olim vertente inter Episcopum Cremonen. super fabrica ecclesiae majoris ejusdem civitatis, cum Sanctissimus ex voto S. R. E. Cardinalium Concilij Trident. interpretum declarasset per haec verba: Decrevit ut Episcopus Cremonensis pro tempore existens adhibeatur in reddenda ratione de fabrica cum alijs ad id deputatis juxta tenorem, & formam dicti decreti sess. 22. cap. 9. Contigit dubitari an visis per praedictum Episcopum, & deputatos ipsos singulis annis computis, & rationibus, esset adhibendus idem Episcopus in liberatione ipsa facienda, ut ipse existimabat mentis fuisse Sanctitatis Suae, & DD. Cardinalium, vel an sufficeret ut interveniret in reddenda ratione, sed deinde liberatio fieret per deputatos solos, ut antea fieri consueverat: & responsum est non sufficere liberationem fieri per deputatos, sed adhibendum esse Ordinarium.

42 Porro ex sententia S. Congregationis Episcopus habet votum absolvendi, & condemnandi cum ceteris deputatis, & ipsius votum connumerari debet cum voto ceterorum, quorum major pars votorum condemnat, vel absolvit.

43 Nunc fallit primo conclusio superius firmata

in hospitalibus, & alijs locis pijs, quae sub immedata & eorum protectione existunt. Haec enim ad Episcopum visitari non possunt sine illorum licentia, ut expressè disponitur in decreto Concilij Tridentini, cap. 8, sess. 22. Verum quomodo hoc sit intelligendum scripsi latissimè in cap. praeced. a n. 15 usque in finem; ibi videas.

44 Fallit secundo si lege fundationis cautum sit, ut hospitale, vel locus pius non subdit Episcopo. Tunc enim Episcopus non potest se ingerere, ut colligitur ex Clem. Quia contingit, §. 1. de Relig. domib. ibi, vel statuto in ipsorum fundatione locorum apposito. Et tenent in cap. aced. Jo. Andr. fusc. Cardin. hic in 3. q. & hodie est expressum in decreto Concilij Tridentini, cap. 9, sess. 22. ibi, (nisi secus forte in institutione, & ordinatione talis ecclesiae, seu fabricae expressè cautum esset. Quo decreto cum Episcopus excludatur a rationibus exigendis, multò fortius excluditur a visitatione, quia amplior facultas Episcopo tribuitur a Concilio in rationibus exigendis, quam in visitatione, de qua loquitur c. 8. immediate praecedens, ut patebit infra num. 57.

Id. d. que cum administratores Hospitalis Jesu Christi oppidi: de Utrera Hispanen. dicecensis a jurisdictione Ordinarii exempti tam ex tenore fundationis, quam ex privilegijs, & confirmationibus Sedis Apostolicae, quaeserit dictum hospitale possit ab Episcopo visitari vigore decretorum Tridentini Concilij; S. Congregatio censuit, si exprimat in supplici libello in fundatione expressè cautum esse, ne visitet Ordinarius, & adeit confirmatio Apostolica; talem fundationem non esse sublatam a decreto Concilij, & idem respondit in alia Offension.

45 Quamvis autem Sacra Congregatio in praedicta declaratione meminerit confirmationis Apostolicae; tamen hoc ideo fecit, quia sic contingit in facto, non quia necesse sit ut statutum fundationis excludens Hospitale a visitatione Episcopi approbetur a Summo Pontifice; quoniam ad hoc sufficit Diocesani consensus, ut teneat glossa communiter approbata in d. Clem. Quia contingit in 1. responso, in ver. Apposito, per textum in cap. Cum dilectus, supra de consuet. ubi hoc notant glossa, in ver. Constitutum, vers. Satu tamen credo, Compofell. Hostien. Jo. Andr. & omnes, fusc. Lambertin. de inrepatr. lib. 1. par. 1. art. 1. q. 9. n. 52.

46 Ceterum si Rector, vel ministri hospitalis, aut loci pijs perperam administrarent, aut redditus non converterent in usus, ad quos sunt deputati; tunc posset Episcopus rationes exigere, & administratores compellere ad piam voluntatem fundatoris exequendam, non obstante contraria lege fundationis, textus est in cap. Tu nobis, & ibi plene adnotavi, de testam. & patebit infra n. 1.

47 Fallit tertio in hospitalibus, & alijs locis pijs Militarum Ordinum, & aliorum religioforum. Haec enim Episcopus nec visitare potest, nec a regularibus rationes administrationis exigere, tam ex dispositione juris communis, ut in d. Clemen. Quia contingit, §. Praemissa, de Relig. domib. ubi hoc est expressum; quam ex decreto Concilij Tridentini in d. c. 9, sess. 22. quod de saecularibus, non de regularibus loquitur. Hinc quibusdam Abbatibus Burgen. querentibus an cap. 9, sess. 22. comprehendere eos, ac Abbatissas, & Praepositos monasteria sua in titulum obtinentes, contra regularia

laria eorum instituta, ac liberam administrandi rationem, & immemorabilem consuetudinem: Sacri Congregatio censuit non comprehendere, quia c. 9. sess. 22. loquitur de administratoribus fabricæ tantum, & non loquitur de regularibus, sed de secularibus.

Et rursus consulta ab Abbates, Abbatissæ, & Præpositi regulares, qui habent liberam administrationem suarum ecclesiarum ex immemorabili consuetudine, teneantur reddere rationem fabricarum suarum ecclesiarum Episcopo vigore decreti, ap. 9. sess. 22. respondit non teneri.

49 Hoc tamen sublimita ut non procedat in hospitalibus Religionis B. Joannis Dei, quia necdum hospitalia, sed & religio ipsa tam ex lege foundationis, quam ex Constitutionibus Apostolicis subest jurisdictioni Ordinarij loci, & fratres teneantur singulis annis eidem Ordinario reddere rationem administrationis hospitalium, ut scripti plenè in c. *Tuarum*, num. 25. infra de privileg. Quod si generaliter queratur, an religiosi possint præfici hospitalibus, glossa tenet non posse in d. Clem. *Quia contingit*, in ver. *Secularibus*, quia non reperitur permillum Monachis accipere beneficia nisi curata. cap. *Super eo*, de regular. Quare si hospitalis non est curatum, religiosus ei præfici non potest. Et ita etiam respondit Feder. de Senis conf. 29. & tenet Paul. in d. Clem. *Quia contingit*, qui tamen hoc limitat, nisi sit hospitalis alicujus religionis. Sed Lap. de Castillon in repet. cap. *prox. supra eod.* distinguit an religio sit instituta ad hospitalitatem, ut S. Antonij Viennensis, & Cruciferorum, & tunc potest religiosus institui, quia nihil obstat. An vero religio non sit instituta ad hospitalitatem; & tunc subdistinguit: nam aut hospitalis est annexum ecclesiæ curatæ; & religiosus potest præfici, quia attenditur ipsa ecclesiæ, quæ est principalis. c. *Extirpanda*, §. *Qui vero, de præben.* c. *Super eo*, eod. tit. lib. 6. Aut hospitalis non est annexum; & tunc religiosus ei præfici non potest, & vera est glossa in d. Clem. Et hanc distinctionem Lapi sequitur Cardin. in cap. *præced. num. 4. q. 3.* subdens conversos subijci eidem prohibitionibus, quibus Monachi, c. *Dubium*, de sententia excomm. sicut & oblatos, c. *Tuarum*, & c. *1. privilegia*, & quod utrobique notatur de privileg.

51 Secunda conclusio negativa est. Hospitalis ædificatio, vel ordinatum sine auctoritate Episcopi non efficitur religiosum, vel ecclesiasticum & idè non subest visitationi, & jurisdictioni Episcopi Diocesani. Hæc conclusio probatur a parte hic à contrario sensu, & ita per hanc decretalem firmant hic Innocent. Hostien. Jo. Andr. Butr. Card. Abb. & alij communiter, Hostien. in *summa de regul.* §. 1. vers. *Quid de rusticis*, & Specul. de statu reg. vers. 35. Rota apud Farinac. decis. 30. n. 8. p. 2. recent. Calderin. conf. 372. alia 23. de testamen. ubi dicit, Hospitalis sine auctoritate Episcopi fundatum esse locum merè profanum: & idem scripsit Bald. in conf. 319. Præmittendum est, circa princ. vers. *Debetur ergo*, lib. 5. c. conf. 5. Quidam civos, post. med. lib. 3. & hujusmodi hospitalia constructa sine Diocesani consensu non subesse Episcopo consulerunt etiam Cardin. conf. 121. per totum, maximè num. 2. Paul. de Castro conf. 371. *Quæritur*, lib. 1. plenè Roman. conf. 477. num. 14. c. *sey*, ubi num. 15. inferit consilium præallegatum Calderin. quidem tenet.

52 Ampliatur primò hæc secunda conclusio, ut habeat locum etiam hospitalis hujusmodi sit cū oratorio: nam etsi Vincent. & Tancred. hic relati à Cardinali m. 5. dicant ad construendum hospitalis, cum Oratorio necessarium esse Episcopi consensum: tamen oppositum sentit Innocent. quia unicuique privato licet habere oratorium in domo propria, dummodo non habeat formam ecclesiæ, nec ibi celebrentur Missæ, c. *Vnicuique*, & c. *Clericos*, de consecr. dist. 1. & est textus expressus secundum unum intellectum in c. *Inter dilectos*, de donat. ut hic per Abb. num. 6. & dixi latissimè in c. *Intra*, infra de privileg.

53 Ampliatur secundo, ut in tantum privatus possit sibi construere hospitalis in domo propria sine auctoritate Episcopi, ut etiam possit tractu temporis lectos inde amovere, & hospitalis ad usus profanos reducere. Ad hoc d. cap. *Inter dilectos*, & quod ibi nota Innocentius, latè Cardin. conf. 121. num. 3. Paul. de Castro d. conf. 371. in princ. lib. 1. Quod tamen intelligit Abb. hic num. 4. ut procedat quoad eam tantum, qui Hospitalis ædificavit, seu ordinavit. Sed eo mortuo non putat posse hospitalis in usus profanos converti, per textum in Authen. de eccles. tit. §. *Si quis ædificationem*. Et hanc distinctionem alia probavit S. Congregatio Concilij, ut dixi in c. 1.

54 Ampliatur tertio eadem conclusio, ut procedat non tantum in hospitalibus, sed etiam in omnibus pijs locis, que nisi constructa fuerint auctoritate Episcopi, non subest illius visitationi: nam etsi decreto Concilij, cap. 8. sess. 22. statutum fuerit, ut Episcopi habeant jus visitandi omnia pia loca, etiam illorum cura ad laicos pertinet; tamen ibi adijciuntur verba, In casibus à jure concessis, necnon illa, Juxta sacrorum canonum statuta, que restringunt dispositionem ad limites juris communis. Unde sicut loca pia non religiosa, seu ecclesiastica non subest Episcopo de jure communi, ut hic: ita nec post Concilium. Unde in declarationibus generalibus Sac. Congregationis Concilij ad cap. 8. reperitur infra scripta, videlicet: Ordinarius non habet auctoritatem visitandi hospitalia, neque confraternitates, que à laicis reguntur, nisi in casibus à jure expressis, & c. 8. sess. 22. Concilij Tridentini intelligitur, & habet locum solummodo in casibus à jure communi permillis.

55 Fallit nunc hæc secunda conclusio pluribus modis. Et primò fallit mortuo patrono hospitalis, quia licet locus non sit religiosus, tamen cum fuerit causa pietatis institutus, dicitur locus pius, & idè spectat ad sollicitudinem Episcopi: ut pia fundatoris voluntas executioni demandetur, de quo videtur textus in Authen. de eccles. tit. §. *Si quis autem pro redemptione*, & tenet Abb. in c. *prox. supra eod.* n. 3. vers. *Quod parvorum*, Roman. conf. 477. n. 2. Paul. de Castro conf. 167. n. 4. *Ubi in similibus*, Gabriel. commun. conclusio, de pia causa, concl. 2. n. 20. vers. *in contrarium*, Menoch. de recuperat. remed. 15. num. 22. 23. 36. c. 37. quiddid contra scripserit Angel. conf. 117. col. 2. vers. *Sed dubitatur*, usque in finem. Cujus opinio videtur hodie reprobatæ ex decreto Concilij Tridentini, c. 9. sess. 22. ut lex sequentibus patet.

56 Fallit secundo si Episcopus intendat visitare hospitalis ad hoc ut videatur impletur mensuratoris, cap. *Tua nobis de testamen.* Feder. de Senis conf.

conf. 11. n. 3. ubi dicit (Si dubium sit an in constructione hospitalis intervenit auctoritas Episcopi, necne, præsumi intervenisse, si habeat signa loci ecclesiastici. Et nihilominus etiam certum est, etiam non intervenisse, tamen cum ibi degentes sint persone miserabiles, censentur esse sub protectione ecclesiæ, ut in c. 1. de eccles. edifican. & ibi per gloss. & Innocent. qui dicit collegium leprosorū videri religiosum. Unde ad sollicitudinem Episcopi pertinet videre, inquirere visitare ne bona illius deputata ad usum miserabilium consumantur; maximè cum bona præsumantur provenisse ex largitionibus, & elemosynis fidelium.] Hæc Hæc Feder. quem multoties sequuta est S. Congregatio Concilij. Et in specie Testator quidam Tervilij justit ut ex suis bonis hospitalis erigeretur, in quo exerceretur pauperum hospitalitas à duobus hominibus ab Universitate Tervilij huic administrationi præficiendis. Hospitalis ita erecto absq; ullo Episcopi intervenu verè, vel præsumptivè, Administratores sunt ab Universitate quotannis constituti, qui transacto administrationis tempore, alijs electis administratoribus futuri anni rationem reddunt administrationis, numquam adhibito Ordinario, qui nec etiam hospitalis ipsum nunquam visitavit. Cardinalis Borromæus illud visitare prætendens transmissit monitorium deputatis administratoribus, ac recusantes, & appellantes excommunicavit, & hospitalis scripturas sequestravit. His omnibus in S. Congregatione deductis, & propositis, responsum est hospitalis hoc esse privatum; posse tamen ex decreto Concilij sess. 22. illud visitare, corrigere, & reformare in ijs tantum, quæ ad observandam voluntatem fundatoris pertinent.

57 Fallit tertio quoad rationes administrationis exigendas. Nam etsi hospitalia, & alia hujusmodi loca sine auctoritate Episcopi constructa sint privata, non autem religiosa, seu ecclesiastica; tamen cum sint loca pia, potest Episcopus ab illorum administratoribus rationes administrationis exigere, non quidem de jure communi, sed ex Concilio Tridentino in d. c. 9. sess. 22. Nam decretum illud non restringitur ad casus à jure concessos, sicut restringitur c. 8. immediate præcedens quoad jus visitandi; sed loquitur generaliter, & indistinctè, & excipit tantummodo casum, cum in fundatione cautum est, ut Episcopus non possit rationes administrationis exigere. Unde prædictum cap. 9. habere locum etiam in casibus non permillis à jure lapsus respondit S. Congregatio, & in specie ita resolvit in casu Tervilij Mediolanen. dicecesis, ut in præcedenti fallentia: nam etsi declaratur hospitalis illud esse privatum ut potest constructum sine auctoritate Episcopi diocesani; tamen declaravit Cardinale Archiepiscopum ex d. c. 9. sess. 22. auctoritatem exigendi redditionem rationis ab illius administratoribus, una tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est.

Amplius idem Cardinalis S. Prædis petijt declarari an per c. 9. sess. 22. Concilij Tridentini liceat Ordinarijs exigere rationem ab administratoribus piorum locorum merè laicorum, & privatorum; & licet ex mente dicti decreti, quod absolute, & sine ulla distinctione loquitur, pro Ordinarijs crederet respondendum; tamen cautius agendo declarationem S. Congreg. expectare

voluit, S. Congregatio censuit c. 9. sess. 22. intelligi etiam in casibus à jure non expressis. Et alia generaliter declaravit decretum d. cap. 9. habere locum etiam extra visitationem, & in casibus à jure non expressis, & licere Episcopis exigere rationem ab administratoribus de omnibus locis pijs etiam locorum merè laicorum, & privatorum, vel publicorum, generaliter sive ecclesiastica sint, sive profana sine ulla distinctione.

58 Hoc tamen sublimita, ut non procedat si ex lege foundationis Episcopus esset exclusus à facultate exigendi rationes. Hanc enim fundamentum Concilium Tridentinum non fultulit, imò expressè præservavit in d. c. 9. sess. 22. ibi, (Nisi locus forte in institutione, & ordinatione talis ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset.) id est nisi in fundatione esset dispositum, ut ratio administrationis nec Ordinario esset reddenda: hoc enim insinuat verbum, *expressè*, prout illud intellexit Sacra Congregatio.

59 Verum tamen si administratores hospitalis, vel alterius pijs loci etiam sine Ordinarij auctoritate fundati, essent negligentes in exequenda pia voluntate fundatoris, aut infideliter administrarent, posset Episcopus rationes exigere, coque compellere ad exequendam fundatoris voluntatem, etiam si fundator hoc prohibuisset, ut est casus in cap. *Tua nobis de testamen.* & in Authen. de eccles. tit. §. *Si quis autem pro redemptione*: & ita sæpius declaravit Sacra Congregatio, ut scripti plenè in prædicta decretali, *Tua nobis*, in 4. notab. à num. 12. usque ad num. 18.

60 Quod si queratur quam pœnam incurrant administratores, qui ecclesiarum, hospitalium, aliorumque piorum locorum redditus, qui in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, in suos usus convertere, & usurpare præsumunt; Respondeo tamdiu subjacent anathemati, quamdiu redditus, quos occupaverint, integrè restituerint, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerint, ut disertis verbis statuitur in decreto Concilij Tridentini, cap. 11. sess. 22.

61 QUÆRO de questione facti. Posito statuto Universitatis, ad quam spectat administratio bonorum ecclesiæ circa conversionem reddituum, in ecclesiæ utilitatem, & circa reddendas rationes administrationis. An Universitas prædicta, seu illius officiales, qui pecunias ad ecclesiam spectantes mutuarunt eidem Universitati ad emendam annonam, aliasque illis indigentias sublevandas, inciderint in excommunicationem cap. 11. sess. 22. Concil. Trid.

62 Videtur respondendum excommunicationem, de qua in Concilio Tridentino, sess. 22. c. 11. non comprehendere necdum Universitatem ipsam, sed nec illius officiales, præmissa conclusione glossæ 1. in Clem. 1. de consang. & affinit. videlicet in materia excommunicationis stricte procedendum, nec faciendam extensionem; & cum sit pœna privans hominè tot bonis, non debere induci nisi in casibus in jure expressis, ex glo. penult. c. *fin. de inrepatron.*

63 Et quidem quod ad communitatem ipsam spectat eam sub dispositione d. cap. 11. non comprehendendi suadet, ponderando Concilium loqui per verbum, *Si quem*, quod extenditur ad Universitatem, Abb. in cap. *Novit*, num. 2. de his que fi. à Prelat. sine consen. Capit. Ratio est, quia hoc relativum, *quis, quem*, refertur ad hominem, ut notat

Alextus in l. i. ff. de verb. signif. seu ad personam,
 64 ut ante ipsum adnotavit Cardin. in Clem. i. qu. 1. de elect. Sed communitas, seu universitas non est nisi persona ficta, & representata, l. Mortuo, & ibi glos. ff. de fideiussor. Ergo in materia stricta sub hoc relativo quis, non venit universitas, l. 3. §. Hac vobis, ff. de negot. gest. ut etiam tradit Rebuff. d. l. i. in ult. fallen. prime regule.

65 Quibus adicitur quod Concilium dicto relativo; si quem, personam representanti addit hanc qualitatem, clericorum, seu laicorum; quæ qualitates cum non conveniant universitati, sequitur ut nec sub decreto comprehendantur, ut in simili scripsit Cardin. in d. Clem. 1. de consurg. & assistit.

66 Deinde hoc ipsum suadet, quia jura canonica prohibent ne in universitatem excommunicatio profertur, cap. Romana, §. In universitate, de sent. excomm. in c. Ergo non est verisimile, ut Concilium voluerit d. cap. 11. eandem excommunicationis supponere, nec etiam secundum modos traditos à Doctoribus in d. cap. Romana. Unde quamvis excommunicari possit universitas à Papa vel Concilio, ut fuscè probavi in cap. Responsa à mun. 75. infra, de sent. excomm. Non tamen inde sequitur ut eadem in hoc casu à Concilio excommunicationi supponatur: imò potius dicendum est Concilium noluisse universitates subjicere huic excommunicationi, tum ex supradictis; tum quia recipere debet interpretationem passivam à jure communi ad l. 2. cum ibi notatis per Bald. C. de noxal.

Quod atinet ad particulares delinquentes, ut sunt ipsi officiales, idem respondendum videtur ex infrascriptis. Primum, quia dicti officiales nihil horum fecerunt, quibus Concilium excommunicationis penam annexit: nam Concilium excommunicat tantum illos, qui bona, & obventiones ecclesiarum, & piorum locorum in proprios usus convertendo usurpare præsumunt. Quæ verba cum non conveniant casui proposito, sequitur ut nec dispositio sit eidem applicanda, l. 4. §. Toties, & ibi glos. ff. de damn. infect. Nam etiam si dicti officiales mutaverint comunicati pecunias ad annonam vendendam, ad aliaque ejusdem indigentias sublevandas: tamen quia ita mutuatæ fuerunt, ut communitas teneretur easdem restituere, prout fecit: propter hoc nec communitas, nec prædicti officiales dicuntur obventiones ad ecclesiam spectantes sibi usurpasse, ut in 67 suos converterint usus. Quod enim debet restitui, non dicitur proprie in mei usum, utilitateque conversum, l. Si pro parte, §. Versum autem, ff. de in rem vers. ubi glos. adducit concordantes. Facit l. Non videtur cepisse, & l. Non videtur quisquam id capere, ff. de regul. jur. Videtur enim Concilium voluisse excommunicare eos, qui prædicta bona sibi ipsi appropriare præsumunt, cap. Quia Sacerdotes, 11. quest. 1.

68 Secundò excommunicatio juris semper supponit peccatum mortale adesse, adeo ut nisi adsit, nec ibi habeat locum jus excommunicans, cap. Nemo, Episcoporum, 11. q. 3. ibi: [Anathema est xterna mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine.] Navarr. in Manual. cap. 27. tit. 9. Prædicti autem officiales non videntur mortaliter peccasse; siquidem universitati laicorum potest demandari administratio similium oblatio-

num, modò eas sibi ipsi non vendicent, sed in pios usus convertant, ut per Dec. conf. 48. Et fuisse Universitati sic demandatam satis præsumitur ex antiquissima observantia subsequenta, ut per Dec. loco citato. Unde cum saltem mortaliter non peccaverint dicti officiales, neque ipsi, neque alij ex Universitate excommunicationi prædictæ censentur suppositi.

69 Nec obstat quòd imò peccaverint, dum dictum statutum, quòd uti iustum in utilitatem ecclesie factum ab ipsis revocari non potuit, ex Decio, in cap. Ecclesia S. Maria, in princ. de Constit. non servaverunt. Nam responderi potest primò fortè dictam regulam procedere in his, quæ sunt concessa in vim privilegij, seu contractus; non autem si sint concessa in vim legis, vel Statuti, ut fuit in casu nostro, Abb. in c. Novit. mon. 25. de iudic. Sed quia oppositum tenet ibi Innoc. n. 6. Archid. in c. Quicumque, 11. q. 1. Jo. Andr. c. Constitutus, infra eod. & alij plerique.

Respondetur secundo eandem regulam procedere quando statutum jam habuit effectum; scilicet si non habuit, puta quia non fuit usi receptum, quia non obligat, c. in istu, 4. dist. cap. 1. ubi glos. §. DD. de treug. & pati. Unde nec opus est ut agatur de illius revocatione, cum per non usum sit abrogatum, ut in d. cap. in istu, §. Leges, ubi id notant glos. & Doctores.

70 Tertio, Ello prædictis officialibus nõ licuisset prædicta facere, cum non haberent verè dictam facultatem, & factum ipsorum esset in se damnable: attamen prædicta consuetudo eos excusaret saltem ab excommunicationis pena, ex his quæ fuscè cumulat Tiraq. de penis, cons. 42.

71 Quartò, Et si prædicta officiales non excusarent, adhuc tamen ipsi eximerentur à pena excommunicationis Concilij, quòd non excommunicat quosvis, sed præsumentes tantum, per quod verbum ut notat Cardin. communiter receptus in Clem. 1. q. 39. de privileg. Qui ex simplicitate aliquid faciunt contra legem excommunicantem, excusantur; quod autem prædicti homines supra dicta ex simplicitate, & bona fide fecerint, vel ex eo patet, quòd omnia prædicta publicè fecerunt. Cui doctrinæ si addantur quæ ponit Tiraq. ubi supra cons. 43. dum vult omnem causam etiam non rationabilem excusare: concludetur prædictos homines excusandos, qui sicut simplices, juris ignari, ac tanquam pecudes eos qui præcedebant, bona fide incitati, subsequuti sunt. Non obstat id quòd ex Angulo, Imola, & Plot. contra prædictos adducitur ad probandum eisdem fuisse prædones, ac dolosos, seu fures, qui hujusmodi pænas effugere non possunt: nam respondetur prædictas auctoritates, quæ fundantur super l. Pomponius, §. Ex facto, ff. de acquir. possess. intelligi debere non de omni administratore, qui res sibi commissas in suos convertit usus; sed de illo qui clam, & per fraudem voluit decipere, & fraudare suos principales. Et ita probabile textus, & etiam Imola, qui cum alijs adductis ita est intelligendus. Prædicti autem officiales esto in alijs deliquissent; non tamen voluerunt defraudare ratione administrationis, super qua fraude, & occulta deceptione fundat se Jurisconsultus in d. §. Ex ratione. Præterea quatenus etiam fuissent prædones quoad aliquid; tamen non sequitur ut sint tales, quales Concilium excommunicat.

Quod

37 Quod si adhuc instetur, imò ipsos officiales fuisse fures, dum dictis pecunijs in alium lineam, & ad alium effectum usi fuerunt, quam electis, ob quem penes ipsos dictæ pecuniæ deponerantur, cum à ratione usus fiat furturn, instit. de fur. in princ. & §. Furturn autem.

Respondetur primò Concilium non excommunicare eos, qui peccant circa usum rei, salva remanente re; sed eos, qui sibi ipsi rem appropriant privando ecclesiam ipsa re.

Secundò respondetur ea loca procedere in eo, qui fraudulenter se aliena utitur, ut ibi habet textus, & notat glos. in ver. Fraudulosa, quæ infert, ut si hoc faceret quis non fraudulosè, sed bona fide putans sibi licere, vel domino non displiciturum; non committeret furturn, prout fuit in casu nostro: quippe potuerunt credere dicti officiales ecclesiam interrogatam permisuram, ut dictam pecuniam otiosam darent communitati egeni.

Quibus accedit quòd prædicta videntur fortè procedere in illo usu, qui est pretio æstimabilis, ut colligitur ex glossa in ver. Usus.

Pollremò tamen ratione abusus furturni commisitissent, non tamen propterea in excommunicationem incidissent: nam S. Congregatio alias declaravit eos, qui tanquam fures bona ecclesiarum surripiunt, non incidere in penam dicti cap. 11. sed ad juris præscriptum esse puniendos. Ex quibus dicti homines videntur simpliciter admonendi, ut de cætero cautius agant, & à similibus abstineant.

De Religiosis domibus.

Cap. Inter quatuor.

S V M M A R I V M

- 1 Religiosus locus debet reformari de religiosis dumtaxat, non de secularibus, nisi in defectu religiosorum.
- 2 Monasterium regularium, nullus circa Papam potest ad statum secularium reducere etiam si in eo regularis disciplina sit collapsa, sed reformari debet per ipsos regulares.
- 3 Quod locum habet tam in monasterijs Monachorum, quam in Canonico regularium, & aliorum religiosorum.
- 4 Monasterium reduci potest ad statum secularium, cum non reperiantur regulares, qui possint illud reformare.
- 5 Et qui gradus in hoc sint reservandi.
- 6 Monachi præminent in contemplatione, clerici in prærogativa officiorum.
- 7 Monasterij Sancti Victorij Masilien. secularizatio denegatur in Sacra Congregatione rerum Consistorialium.
- 8 Ordo Imperator monetur ab Apostolo ne monasterium Sancti Pauli de urbe ad statum secularium reducat.
- 9 Monasterio Sancti Vincentij Meren. Ordinis Sancti Benedicti secularizatio denegatur.
- 10 Arces, propugnacula, & hospitales militum non sunt iusta causa secularizandi monasteria regularium.

11 Monasteria, in quibus alii non possunt tot religiosi, qui sufficiant pro regulari observantia, statim transferri possunt ad statum secularium.

INTER QUATUOR. Locus religiosus debet reformari de religiosis dumtaxat, non de secularibus, nisi in defectu religiosorum. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Cardin. Abb. & Jo. de Anan. Distinguit duo membra, & secundum prosequitur ibi, Sed si: & pars hujus c. Inter quatuor, de cleric. peregr. de maior. & obedient. & de cler. non resident.

2 Nota ex hoc text. regulam, & casum ab eo exceptum: regula est quod nullus circa Papam potest monasterium regularium ad statum secularium reducere, etiam si in eo regularis disciplina sit collapsa, sed reformari debet per ipsos regulares, ut in prima parte textus. Concorat c. Pervenit, in secundo, 18. quest. 2. cap. Quæ semel dedicata sunt monasteria, 19. qu. 3. cap. Relatum, de cler. vel Monach. cap. Possessiones, de rebus ecclesie non alien. & cap. Ea qua, de stat. Monach. hic alleg. in glos. unica.

Rationem hujus regulæ assignant nonnulli, quia quæ semel Deo sunt consecrata, mundanis usibus deputari non debent, ut legitur, & notatur in cap. Ad hec, supra eodem. Sed hæc ratio non placet Hostiens. hic num. 2. Quia clerici seculares non sunt infacrați, imò sunt Dei milites, cap. Edibentis, de serv. non ordm. Ratio igitur est, ne in via Dei, in qua de virtute in virtute ascendendum est fiat descensus, sed potius ascensus, l. Ve gradatim, ff. de muner. & honorib. cap. Legimus, in fin. 93. dist. cum concord. hic allegatis per Hostien. in princip. Cum quo transeunt Jo. Andr. num. 1. Abb. in 1. notab. & alij communiter. Et cum ratio generalis sit ad omnes regulares, consequens est, ut proposta regula locum habeat non tantum in monasterijs Monachorum, de quibus loquitur hæc Decretalis, sed etiam Canonico regularium Regularium, & aliorum religiosorum, prout firmant Hostien. & Jo. Andr. loco citato, Card. num. 2. & Jo. de Anan. in primo notab. Casus à regula exceptus est cum regulares non reperiantur qui possint monasterium reformare; tunc enim potest reduci ad statum secularium, ut patet in littera ibi, Sed si regulares defuerint: & notat Abb. hic num. 1. vers. Casus exceptus, Jo. Andr. Butr. Card. & omnes in sumario textus.

6 Oportet tamen in hoc servare certos gradus cum hæc littera indefinitè dicat, quando per regulares: ut scilicet reformetur locus religiosus per regulares ejusdem monasterij. Secundò in eorum defectum per regulares districtioris vitæ aliorum monasteriorum ejusdem ordinis. Tertio, ipsam deficientibus deveniatur ad regulares alterius ordinis; & ad extremum in defectum omnium regularium instituantur ibi clerici seculares, quia necessitas legem non habet. Et in hoc ultimo casu servanda erit exceptio hic posita in 2. membro, quem ordinem posuit hic glos. unica, & Hostien. num. 2. in verb. Defectum, & distinctus Joann. Andr. eod. num. in verb. Ordinari Butr. num. 4. Cardin. in fin. Abb. num. 1. vers. Oportet tamen & Joann. de Anan. num. 2. vers. Et considera, Henric. Boich. in cap. Ad audientiam, in secundo, de eccles. edificand. circa med. vers. Ant quatuor usum è contra.

Neq

Nec obstat si dicatur: Monasterium videtur potius debere, & posse converti in ecclesiam secularem, quam in converso: nam cœtus clericorum præminet, cap. *Legi*, 7. q. 1. Quoniam secundum Laurentium uterque præminet alijs diversis respectibus: nam Monachi præminet in contemplatione, clerici in prerogativa officiorum, ut notat Archid. in cap. *Si Episcopus unum*, 12. q. 2. non. 2. & sequitur Henric. Boich. in d. cap. *Ad audientiam*, in fin.

Ei per prædicta in Sac. Congregatione rerum Consultorum habita die 17. Decemb. 1648. rejecta fuit supplicatio Monachorum monasterij S. Victoris Massiliensis Ordinis S. Benedicti, qui petebant secularizationem dicti monasterij, & reductionem Monachorum ad statum Canoniorum seculares: nam est in eo monastica disciplina plurimum effectus collapsa, tamen eum dicitur esse caput Congregationis, & inter ceteras Abbatis, & Prioratus se dependentes habere quatuor monasteria aggregata, & unita Congregationi Sancti Mauri ejusdem ordinis, in qua benedicente Domino regularis observantia præclara, & mirifice per totam Galliam instaurata est; & sic non desint Monachi ejusdem ordinis, qui possunt monasteria aggregata reformare, non est allateus ad seculares clericos transferendum, ut hic patet, & in concordantibus supradictis 7. 2. Quod si per Monachos ejusdem ordinis reformari non possent, tunc illis ejusdem frater alterius ordinis in illud esset inducendus, ut labores impiorum justi edant, dicit textus in d. cap. *Relatum*, ne cler. vel Monach. nec clerici seculares essent in eo instituendi, nisi in defectum omnium Regularium, secundum gradus, quos supra distinctimus, num. 1.

8. Tuit etiam ponderatum quod refert Cardinalis Baron. *ad annum Christi 996.* in hæc verba. (Congitit ipso in tempore ut Imperator Otho I. ad quorundam suggestionem Monachos præve desentes in ecclesia, & monasterio Sancti Pauli de Urbe expellere cogitaret, ut Canonicos in eodem loco servitutos, prout ei suggestum fuerat, substitueret. Cum hoc appetere implere decretum, apparuit, ei noctu per visum Beatissimus Apostolus Paulus atque eundem Imperatorem hujusmodi monere curavit: Si verè inquit, zelus divinæ servitutis optimi operis te adurit, vide ne hujus propositi iniquitatem præsumas in Monachis imitare expellendis; non enim expedit cuiusque ecclesiastici ordinis, quamvis ex parte depravari, propositum uoquam abjici, seu immutari; in eo namque unusquisque judicandus est, in quo se primo vovit Deo servire. Reemendari enim tantum licet corruptio cuique in eadem propriæ vocationis sorte. Falter monitus Imperator retulit suis que audierat ab Apostolo, curamque agens qualiter eorum institutum, scilicet Monachorum, quivisset in melius reformare, non expellere à loco. Hæc Baronius.

9. Deum omnis alijs ponderatum fuit exemplum monasterij S. Vincentij Metensis civitatis ordinis S. Benedicti, de quo in litteris sel. recor. Urbani VIII. tenoris infra scripti videlicet (Expositum Nobis super fuit pro parte dilecti filij moderati Præsidentis, & Visitatoris Congregationis SS. Vittoni, & Nidulphi ordinis S. Benedicti, quod Monachorum monasterij S. Vincentij Me-

tenis civitatis ejusdem ordinis cõ usque devotent morum relaxatio, ac vita scandalosa, ut Religioz observantia in memores secularium Italiani anhelato, illumque à Sede Apostolica postulare non erubuerint, maximo cum scandalo totius civitatis, cum gravi dispendio temporalis, & spiritualis monasteriorum dictæ Civitatis, & ordinis in hoc interesse habentis, & contra mentem fundatoris dicti monasterij, quibus, & alijs gravioribus causis mota Sedes Apostolica præfata secularitatem hujusmodi eis denegavit. Quia verò indecens est habitum gestare religiosum, & dissimilem ab eo vitam ducere: Idcirco Præsidentis, & Visitatoris præfati de dictorum Monachorum salute, regulari observantia, ac rei divine augmento sollicitus laudabilem vitam reformationem ad instar aliorum in primo dictum monasterium nostro, & sedis ministerio introduci cupiens, Nobis humiliter supplicari fecit, ut supra præmissis ut infra de benignitate Apostolica opportunè providere dignaremur. Nos igitur dicti Præsidentis, & Visitatoris votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium præfatorum consilio fraternitati tua frater Episcopi, qui ut accepimus venerabilis fratris Episcopi Metensis fructifraganeus in præsens exiit, ac dilectioni vestræ filij Cantor, & Archidiacone, & vestrum cuiuslibet per præfentes committimus, & mandamus, ut prædictum monasterium S. Vincentij Metensis, ejusque religiosos auctoritate nostra omni appellatione remota visitetis, seu aliquis vestrum an visitet cum facultate illos citandi ad comparandum coram vobis, aut vestrum quolibet sub excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, alijsque ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis, examinandi abusus, & vitam scandalosam corrigendi, & in dicto monasterio S. Vincentij Metensis propositam reformationem introducendi, prout in monasterijs S. Arnulphi, & Clementis ejusmodi civitatis introducta reperitur. Si verò prius & Monachi professi præfati monasterij reformationem hujusmodi admittere renuerint, vos, & vestrum quilibet Religiosos reformatos Congregationis prædictæ SS. Vittoni, & Nidulphi in possessionem dicti monasterij omniumque bonorum, & reddituum mensæ Conventualis illius, quam ab Abbati nunc separatum Monachi dicti monasterij S. Vincentij possident, immitatis, seu quilibet vestrum immittat, Monachoque ipsam reformationem recipere recusantes ab eodem monasterio dimittatis, seu quilibet vestrum dimittat, suscepto per eos habitu clericorum seculares, ac in lingulis eorum arbitrio vestro congrua fructuum portione assignata pro illorum sustentatione illorum vita durante. Novitios verò juxta eandem reformationem professionem emittere faciatis, seu quilibet vestrum faciat, vel si renuerint, è monasterio ejiciatis, seu quilibet vestrum ejiciat, mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ Monachis dicti monasterij S. Vincentij Metensis, illiisque Superioribus, & personis quibuscumque, ut vobis, & cuiuslibet vestrum in præmissis omnibus, & lingulis promptè pareant, & obediant, vestraque salubria monita, & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent.

De Religiosis domibus c. Constitutus.

vent, alioquin sententiam, sive poenam, quam ritè tuleritis, seu statueritis, seu quilibet vestrum tulerit, seu statuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam in violabiliter observari. Volamus autem, ut si quæ graviora in hujusmodi visitatione reperitis, seu aliquis vestrum repererit, necnon informationes omnes desuper sumendas sub vestro, vel cuiuslibet vestrum sigillo clausas ad Nos quam primum diligenter transmittatis, seu aliquis vestrum transmitat, & quicquid in illis statuendum fuerit, matura consideratione adhibita determinabimus. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac monasterij S. Vincentij Metensis, & ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ut privilegijs quoque, indulgijs, & litteris Apostolicis monasterio S. Vincentij Metensis, illiisque Monachis, Superioribus, & personis prædictis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, & alijs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & lingulis etiam illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & in divida mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Die Octobris 1634. Pontificatus nostri año duodecimo.)

10. Nec vise fuerunt relevantes rationes per Monachos adductæ. Nam quoad propugnacula, & turres, & hospitales militum in eodem monasterio, multa sunt alia monasteria quæ subjacent huic incommo, & in individuo in Congregatione S. Mauri extant monasteria Sancti Michaelis in Periculo maris in Normandia, Sancti Andrea de Villa nova in regione Avenionis, & Sancti Honorati Lerinensis in Provincia, & in Congregatione SS. Vittoni, & Nidulphi ejusdem ordinis est monasterium Sancti Vittiani in Civitate Verdunen-tus quod constructa est arx, quam appellant la Citadella, & Monachi eorum habitant in suo claustris. Unde sic fieri poterit in monasterio S. Victoris, cum habeat ampla ædificia, Nec talis videtur justa causa illud reducendi ad statum secularem, cum præsertim hoc insigne sit monasterium, & supra mille annos erectum, & in eo requiescat corpus Beati Pontificis Urbani V. Monachi ejusdem monasterij, qui inibi sepeliri voluit in habitu monastico; secularizatio a centum annis, & amplius à Monachis petita fuit semper negata per Sedem Apostolicam. Item verendum esset ne hoc exemplo alij quoque regulares eandem sedem inquietarent pro similibus secularizationibus obtinendis. Olim similiter petebatur, ut in monasterio Sancti Dionysij Parisiensis ejusdem ordinis plurimum depravati Canonici seculares instituerentur, sed eandem in eo per monachos Congregationis Sancti Mauri regularis vitæ, observantia, & reformatio exactè introducta

est cum ædificatione totius Galliz.

11. Limita nunc notabiliter regulam superius propositam 7. 2. qua firmiter est monasteria non esse transferenda ad Clericos seculares, sed esse reformanda per ipsosmet regulares ejusdem, vel alterius Ordinis, ut locum non habeat in monasterijs in quibus vel ob redituū tenuitatem, vel ab æris intemperiem, vel ob infestationes flagitiosorum hominum, vel aliam ob causam acm non sustentantur, nec sustentari possunt tot Religiosi quot sufficienter ad observantiam Regularis disciplinz. Talia enim monasteria, cum sint incapacia reformationis, statim transferri possunt ad statum secularem, nec servandi sunt gradus, de quibus supra n. 5. ut plenè probavimus in c. *Relatum*, a. n. 8. usque ad n. 21. infra Ne Clerici, vel Monachi, & propterea san. mem. Innocentius X. suppresse, & ad statum secularem reduxit parvos ejusmodi conventus in tota Italia, & insulis adjacentibus, ut in ejus Bulla, quæ incipit *Institauranda*, edita anno 1652. idibus Octobris, cujus tenorem unâ cum histeria totius rei gellæ retulimus in prædicta Decretali relatum, a. n. 4. usque in finem.

1. CONSTITUTUS. Ecclesia sita in diecclesi Episcopi, tenetur ei in Episcopali-bus respondere, nisi appareat remissa, & potest Episcopus remittendo spiritualia censum sibi retinere. Hoc dicit secundum Jo. Andr. collect. Bellam. Butr. Cardinal. Anchar. Abb. & Jo. de Anan. sunt duæ partes in prima facti, vel causæ narratio. In secunda ipse diffinitio, ibi, *Cum autem*. Prima subdividitur in tres, in quarum prima auctoritas petitio: in secunda ibi, *Verum*, Reorum defensio: in tertia ibi, *Ceterum*, auctoris replicatio, & est pars c. *Constitutus*, infra de pen. Pro intelligentia hujus textus vide quod scripsi in c. *Cum pridem*, num. 38. sup. de pactis.

De Religiosis domibus,

Cap. Cum dilectus.

S V M M A R I V M.

1. Monasterium subiectum est Episcopo, in cujus diecclesi situm est, nisi probetur exemptum, & num. 12.
2. Nuncios, & Procurator in quibus differant.
3. Nuncios simplex non admittitur ad agendum, vel desendendum.
4. Procurator si faciat aliquid ut Nuncios, non valet quoad agitur.
5. Et factum à Nuncio an possit validari a iurisdictione.
6. Nuncios est veluti organum, & pica domini sui.
7. Et confert verba in personam domini, et quoque acquirere directè.
8. Substituire prohibitus potest explicare per Nuncios.
9. Procurator substituat contractum in se, licet procuratorio nomine & domino cedere tenetur.
10. Sententia censure lata post appellationem etiam extrajudicialiter interpositam est ipso iure nulla.
11. Sententia in exemptum lata non valet ex defectu iurisdictionis.

- 12 Diocesis tota est unum corpus, cuius caput est Episcopus.
- 13 a Capite non decet membra discedere.
- 14 Exemptionum monasterij allegans, probare debet, dummodo ante Episcopus probaverit illud intra sua diocesis fines existere.
- 15 Praxi procedendi cum controversis, inter Episcopum, & inferiorem ad quem spectat iurisdictione in aliquo territorio.
- 17 Monasteria ferè omnia in Congregationem redacta exempta sunt à iurisdictione Episcopi etiam in tribus casibus, cap. Volentes, de privilegi. in 6.
- 18 Nisi illi cura animarum immuneat personarum secularium.
- 19 Abbatia de Balneo an sit nullius diocesis, vel exempta, & an Episcopus Burgi S. Sepulcri possit iure Ordinario illam visitare, & num. seq. usque in finem.
- 20 Status illius Abbatie consideratur iuxta tria tempora.
- 21 Nullius diocesis status non constituitur nisi procedatur per vitam dismembrationis territorij.
- 22 Pontificalia in aliena diocesi ab Episcopo exerceri non possunt.
- 23 Territorium proprium non fit inferiori Prelati, nisi tam ipsèquam Clerum, & populum eximatur à iurisdictione Episcopi.
- 24 Censuræ solutio subiectionem arguit.
- 25 Cause matrimoniales exigunt maiores iudices, nec sunt tractanda ab inferioribus Prelatis sine specialis concessione.
- 26 Prelatus inferior non constituitur in statu nullius diocesis, nisi habeat in loco omnimodam iurisdictionem Episcopalem, vel quasi exclusivè Episcopo.
- 27 Et sit liberatus etiam à iure reverentiali.
- 28 Enunciatio à infra centum annos non dicuntur antiquæ, nec probant saltem contra tertium.
- 29 Enunciatio est invalida contrariis præsumptionibus.
- 30 Res inter alios ad a inducit saltem præsumptionem contra tertium.
- 31 Et secundum aliquos facit semiplenam probationem.
- 32 Ecclesia Regularis Curate, in quibus viget regularis observantia, visitari non possunt ab Episcopo iure delegato, sed iure ordinario tantum.
- 33 Visitare potest Episcopus proximior ut Sedè Apostolica delegatus ecclesias nullius Diocesis seculares, non autem regulares.
- 34 Visitatio censetur facta iure Ordinario, quando fieri non potest iure delegato.
- 35 Castrum de Balneo exemptum est à iurisdictione Episcopi Burgi S. Sepulcri.
- 36 Iurisdictione Episcopalis ex quibus censetur translata in inferiorem Prelatum privativè ad Episcopum.
- 37 Dictio, omnimodè, quid importet.
- 38 Reservatio in aliquibus arguit concessionem in reliquis.
- 39 Iurisdictione in favorem certarum personarum censetur tribui privativè, non autem cumulative.
- 40 Idem in iurisdictione acquisita per prescriptionem.
- 41 Monasterium curatum exemptum visitari potest ab Episcopo iure ordinario in concernentibus curam animarum.
- 42 Concilium Tridentinum tribuit iurisdictionem Episcopi tamquam Apostolica Sedè delegatè ubi voluit

exemptionum privilegia vulnerare.

43 Visitari possunt ab Episcopo ecclesie seculares exempta etiam curate, & à monasterio dependentes, vel unice 5 sed iure delegato tantum.

Idque expresse ab Episcopo declarandum, ibid.

44 Visitari cur possunt iure Ordinario monasteria curata seculares vero ecclesie exempta iure delegato.

45 Gravatus in uno, in alio relevatur.

46 Episcopus visitans ecclesias monasterio Casinensi unitas an sit admittendus ad visitationem plenariam.

CUM DILECTUS. Monasterium subiectum est Episcopo, in cuius diocesi sit. nisi probetur exemptum. Hoc dicit quoad titulum. Et tres habet partes secundum Holtiensem. In prima instruit delegatus qualiter super sententis pronunciet. In 2. & 3. qualiter pronunciare debeat super subiectionem. Secunda, ibi, Quod si. Tertia, ibi, similiter.

- 1 Nota primò, ex illis verbis, cum Nuncius monasterij super procuracione litteras non habet, inter Nuncium, & Procuratorem hanc esse differentiam, quod Nuncius dicitur qui mandatam non habet; Procurator verò, qui aliena negotia mandato domini administrat, ut l. 1. ff. de Procur. secundum Cardin. hic in 1. notat. Unde simplex Nuncius non admittitur ad agendum, arg. cap. 1. supra de Procurator. & cap. Cum dilecti, de dolo & contum. & notat gloss. in cap. Bone, il primo, in ver. Nuncium, & ibi etiam Holtien. num. 30, in eodem ver. & Jo. Andr. num. 54, de Elect. Et si ille, qui est Procurator, fecit ut Nuncius, non valet quod agit, ut l. Multum, C. Si quis alter, vel sibi, & l. Eun qui, §. Iulianus, ff. de constit. pecun. & notat Bart. in l. Qui autem, §. Constituitur, num. 5. ff. eod. nec validatur ratiabatione quod gestit Nuncius, si mandatum non præcessit, ut ex mente Petri refert, Cyn. in d. l. Multum, & Bartol. in d. §. Constituitur, num. 6. Et hoc tenent communiter omnes Doctores excepto Jacobo de Arena, ut Bald. testatur in d. l. Multum, num. 2. ubi in 10. 13. & 15. hanc partem latissimè tuetur. Porro, ut inquit, gl. in l. Et licet, per illum textum, ff. de constit. pecun. & Bart. in d. §. Constituitur, n. 3. Nuncius est quoddam organum, quo mediante vadit vox unius ad alium, sicut per epistolam; & sicut aliquis loqueretur per vicem aliquam, seu boccinam, & hoc modo vocem suam ad alium transferret. Unde fit ut non quærat nuntio, & per nuntium domino, sed directè quærat domino, cum nuncius conferat verba in personam domini, ut ibi per Bart. in 3. & 4. notat. Unde prohibitus substituitur, potest nihilominus explicare per nuntium, ut notat Bald. in rubr. C. de exercit. ad. Eadem differentias ponit glossa in d. l. Multum, in ver. Potes, ubi dicit, Nuncius est veluti pica, & organum domini, & in persona domini debet verba contractus concipere. Et ita domino quærit, per seipsum, non per alium, & concipit verba sic, Vendis illi, ut in d. §. Constituitur. Si autem est procurator, tunc verba contractus debet concipere in sua persona, & sibi quærit, ut l. Qui aliena in sine, C. Si quis alteri, vel sibi. Sed domino cedere tenetur, ut l. Possesso quoque, §. Et si possessio, ff. de acquir. possess. Procurator

tor enim substantiat contractum in se, licet procuratorio nomine, ut Bald. inquit in d. l. Multum, num. 10. ubi a num. 17. has differentias inter nuntium, & procuratorem late prosequitur, & Angel. post eum in conf. 4. 4. incip. Pater quidam, circa med. vers. Et hoc prob. potissimè facit.

10 Secundo nota ibi, iudicet illas sententias non tenere: duos casus, in quibus sententia censuræ est ipso iure nulla secundum Holtien. sub num. 1. vers. Item habet hic duos casus, Butr. & Cardin. ambo in 2. & 4. notat, Abb. in 1. & 2. notat, & Joan. de Anan. num. 3. Primus est cum sententia fertur post appellationem legitimè interpositam etiam extrajudicialiter, concordat cap. Dilecti, il primò, supra de appellat. cap. Cum contingat, de off. deleg. cap. Per tuus, & cap. Licet, de sent. excomm. lib. 6. unde Abb. num. 2. in 1. notat. docet bonam practicam ut subditus, qui timet ne injusdè excommunicetur à Superiore, extrajudicialiter appellat à gravamine versimiliter futuro; Secundus casus nullitatis est cum sententia fertur contra exemptum etiam nulla præcesserit exempti appellatio, cum textus loquatur alternativè: nam per exemptionem subditus eripitur à iurisdictione Superioris, arg. cap. Quia frater, 16. q. 1. secundum Abb. hic num. 3. Atque ita sententia est nulla ipso iure ex defectu iurisdictionis tamquam lata à non suo iudice, cap. Si si clerici, de iudic. cap. 3. de consuet. & scripsi in cap. Tuarum, num. 46. infra, de privileg. & solus in cap. Quod super his, supra de maior. & obed. Alij casus nullitatis excommunicationis notantur in cap. Presenti, de sent. excomm. lib. 6.

12 Ultimo nota monasteria de iure communi esse Episcopo subiecta, in cuius diocesi existunt, quamdiu ex privilegio, vel canonice præscriptio non probentur exempta, ut hic est casus secundum Jo. Andr. Butr. Cardin. & omnes: concordat text. in cap. Abbate, ubi gloss. in ver. Episcoporum, & in cap. Monasteria, 18. q. 2. in cap. Tuarum, ubi Dec. num. 16. de confirm. util. vel inutil. cum alijs allegatis per Holtien. in cap. De Xenodochijs, sub num. 6. in ver. Per sollicitudinem, supra eod. & resolvit Rota decif. 78. num. 1. par. 1. divers. Tota enim diocesis est unum corpus, cuius caput est Episcopus, cap. Scire debet, 7. q. 1. cap. Quoniam in plerisque, §. Prohibemus, supra de off. ordin. Non decet autem à capite membra discedere, c. Cum non liceat, supra de prescript. c. 1. 12. dist. cap. Celebratorem, de consecr. dist. 3. & in Authen. de eccles. 14. sit. in princ. Unde cum Episcopus de iure habeat intentionem fundatam super iurisdictione spirituali in omnibus ecclesiis, & locis pijs tam secularibus, quam regularibus, quæ intra suæ diocesis fines consistunt, ut in d. cap. De Xenodochijs, & in c. Constitutus, & c. Cum venerabilis, supra eod. cum alijs præallegatis, ei, qui dicit monasterium exemptum, onus probandi incumbit, c. Ex ore de primiv. leg. cap. Cum olim, de prescript. cum concord. Adverte tamen, quia ante omnia Episcopus probare debet ecclesiam, seu locum religiosum, de cuius subiectione agitur intra suæ diocesis fines existere; alioquin ecclesia posset excipere, Quoad te liberat xdes habeo.

Sed probata existentia intra fines, illico succedit assistentia juris communis pro Episcopo, ut in 16. iuris supracitatis; & ita observat Rota: nam cum controversetur inter Episcopum, & inferiorem

rem Prelatum super iurisdictione spirituali in aliquo territorio, mandat ut prius probetur ex parte Episcopi, an territorium illud sit intra fines suæ diocesis, ut in Anconitana Bonorum, seu Atrientatorum, 6. Novembria 1562. coram Otaviano, & in Syracusana Abbatis, die 1. Decembris 1597. coram Corduba; & in Lucensi, seu nullius iurisdictionis 4. May 1598. coram Cardinali Seraph. in impressis decif. 1278. & in practica Episcopi consueverunt probare in Rota existentiam intra fines, & eaque probata adeunt Sacri. Congregationem Concilij, à qua statim obtinent declarationem super visitatione, cognitione causarum matrimonialium, & criminalium, licentia prædicandi, approbatione ad confessiones, & alijs id genus, donec inferior statum nullius diocesis, vel iurisdictionem spirituales, & temporalem in clerum, & populum probaverit per tres sententias conformes, vel unam, quæ in rem iudicatam tranierit, ut scripsi plenius in cap. Cum olim, à num. 36. supra de prescript.

Hodie monasteria ferè omnia saltem in Congregationem redacta ad præscriptum c. In singulis, infra, de statu Monach. & Concilij Tridentini cap. 8. sess. 25. de Regular. exempta sunt à iurisdictione Episcopi Diocelani etiam in tribus casibus exceptis in cap. Volentes, de privil. lib. 6. ut dixi latissimè in cap. Tuarum, infra eodem tit. nisi monasterijs cura animarum incumbat personarum secularium; quia tunc subfuit Episcopo, in cuius diocesi sita sunt in his, quæ dicuntur curam, & Sacramentorum administrationem concernit ex decreto Concilij Trid. cap. 11. sess. 25. de Regular. Quod plenus hodie sancitum est in Constitutione Gregorij XV. de exempt. privileg. ut dixi in cap. Cum capella, de privil.

19 Ex factò quæsitum est an Abbatia, seu monasterium de Balneo sit nullius diocesis, vel exemptum. Et an Episcopo Burgi S. Sepulcri competat iure Ordinario facultas illud visitandi una cum ecclesijs eidem subiectis.

20 Status hujus ecclesie, qui colligitur ex scripturis exhibitis, potest considerari iuxta tria tempora. Primum est ante erectionem Burgi S. Sepulcri in Episcopatum. Et in hoc statu manifestum est dictam ecclesiam nunquam fuisse diocesis Burgi S. Sepulcri, quæ nondum erat in rerum natura; ideoque in litteris erectionis oppidum de Balneo dicitur esse nullius diocesis. Secundum tempus est ab anno 1520. quo tempore Leo X. crexit Burgum in Cathedralium, usque ad concordiam postea initam anno 1581. inter Archintum Episcopum Burgi, & Abbatem monasterij de Balneo, & à Gregorio XIII. confirmatam, in quo statu non videtur dubitatum quominus dicta ecclesia fuerit in diocesi Burgi S. Sepulcri; nam Leo X. in litteris erectionis Episcopatus attribuit illi pro diocesi castrum de Balneo una cum suis ecclesijs his verbis: (Nec non Castrum Sanctæ Mariæ in Balneo nullius diocesis, & singulas parochiales ecclesias prædictas cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem ecclesie S. Sepulcri, & illius mensæ pro illius districtu, & diocesi, nec non omnes, & singulos clericos seculares, & ordinum quorumvis religiosorum pro clero, incolasque habitatores dictarum civitatis, & diocesis perpetuè applicamus.) Tertium tempus est à concordia prædicta, seu illius confirmatione usque in præsentem diem. Et in hoc statu quamvis res non

fit aded clara, verius tamen videtur ecclesiam de Balneo remansisse in diocesi S. Sepulchri, quem admodum erat ante concordiam.

21 Primo, quia etiam Episcopus ad extinguendas lites, quæ sibi cum Abbate super jurisdictione intercedebant, transegerit ut ad Abbatem pertineret omnimoda jurisdictione, tamen non processit in concordia per viam disimbrationis territorij, quod requiritur ad constituendum statum nullius diocesis, ad notata per Jo. Andr. in cap. Nima, de iur. et per Abb. in cap. Cum coningit, num. 18. de foro compet.

22 Secundo, quia Episcopus retinuit sibi facultatem in dicto castro Pontificalia exercendi, ecclesias reconciliandi, & Chrisma conferendi. Ergo locus remansit in sua diocesi, cum huiusmodi munera non possint ab Episcopo in aliena diocesi exerceri, Clem. Archiepiscopo, de privileg. Vitalin, in Clem. num. 17. de foro compet. & hodie statutum est decreto Concilij Tridentini c. 5. sess. 6.

23 Tertio, quia etiam Episcopus in concordia tribuerit Abbati omnimodam jurisdictionem; tamen nec ipsum Abbatem, nec locum, nec forsalle populum exemit a jurisdictione Episcopali; & tamen ad constituendum Prælatum in proprio territorio requiritur ut tam ipse Prælatum, quam clerici, & populus eximatur a jurisdictione Episcopi, ut tradit in specie Gemin. post Jo. de S. Georg. in cap. 2. col. 4. vers. Quare an inferiores Prælati habeant territorium, atque ibi etiam Ancl. sub nu. 10. vers. Si vero per privilegium, de Const. lib. 6.

Quarto, quia in recognitionem jurisdictionis Abbati attributa transactum est, ut solveretur Episcopo annuus census duarum librarum cereæ, Solutio autem census subjectionem arguit, ut est textus in cap. 2. de offic. & in cap. Recepius, ubi not. de privileg. Mil. in reperi. in ver. Episcopus probat subjectionem ecclesie.

Quinto, Episcopus attribuit jurisdictionem Abbati his verbis: (Idem Reverendissimus Episcopus omnimodam jurisdictionem, ac illius merum, & mixtum spirituale dominium, & potestatem eadem, illiusque successoribus Episcopis in castro, nec non monasterio huiusmodi forsitan attribuit; & si qua sibi competant pro faciliiori Episcopi, & castri huiusmodi habitatorum comoditate tam in audiendis, & iudicandis, quam in exequendis tam civilibus, quam criminalibus causis per Abbatem exercendis concessit, &c.) Quæ verba cum videantur restricta ad causas civiles, prophanas, & criminales, non videntur comprehendere causas matrimoniales, quæ majores iudices exigunt, c. penult. vers. In matrimonialibus, supra de integ. restit. c. 1. infra de consang. & affinit. nec sine speciali concessione ab inferioribus Prælatibus cognosci possunt, ut est textus in c. Accedentibus, infra de excess. Prælator. egentque speciali expressione, cum sint graves, ut per DD. in cap. Causam matrimonij, de offic. deleg. Et tamen ad constituendum inferiorem in propria diocesi requiritur translatio omnimode jurisdictionis Episcopalis, vel quasi exclusio Episcopo, ut notat gl. in Clem. 1. §. Vultus, in ver. Diocesana, quam sequuntur illic communiter DD. de foro compet. & confert decretum Concilij cap. 20. vers. Ad hac, sess. 24.

27 Ultimo consuevit dici tunc demum inferiorem intelligi constitutam in statu nullius diocesis, si nulla in parte Episcopi auctoritatem recognoscit

ita ut a jure etiam reverentiali liberatus existat, de quo est plena Rotæ decisio apud Achill. de off. 14. Et tamen Episcopus Archid. non solum in conventionem reservat sibi auctoritatem instituendi, ac delictuendi quoad vixerit in omnibus beneficiis dicti oppidi exceptis manualibus; item sacros Ordines conferendi, ecclesias, & cæmeteria reconciliandi, cælicos, & patenas benedicendi, Chrisma, Oleum sanctum, & Cathedram benedicendi, & cætera Pontificalia officia, & munera exercendi; sed amplius etiam in executionem dictæ concordie Abbas Nicolao Episcopo, qui immediate successit Episcopo Archid. obtulit, & successores suos paratos eundem Episcopum, & successores semper in dicto monasterio benigne recipere, ac debita per se, & Monachos in divinis, & aliis prout decet obsequia præstare; quæ omnia absque dubio excludunt statum nullius diocesis, c. Conquerente, de offic. ordin. c. Ex frequentibus, de iustit. c. Periculis, ad Episcopum, 25. dist.

Nec prædictis obstat quod monasterium nunquam nullus diocesis enucleatum reperitur: nam advertendum est plures enunciatives ex his, quæ dantur, emanasse ante erectionem Burgi S. Sepulchri in Episcopatum; & sic percutiunt primum statum, in quo dicta ecclesia erat nullius diocesis, Cujus speciei est enunciative Calixti III. Item alia Leonis X. quæ refertur a Puteo de off. 36. in princ. & in finalibus. Habet enim respectum ad tempus, quo Leo X. univit monasterium de Balneo Congregationi Camaldulensi; quod tempus præcessit erectionem Burgi in Episcopatum. Et hoc modo etiam respondendum ad litteras Innocentij II. super jurisdictione dicti castri confirmatas a Celestino III. & Alexandro IV. Post erectionem verò in Episcopatum quo tempore dictum castrum effectum fuit diocesis S. Sepulchri, dantur due enunciative Nicolai Episcopi S. Sepulchri, quibus dictum castrum enucleatur nullius diocesis, Item aliquot similes enunciative in litteris dimissorias Episcopi Felulani, & Clusini. Item enunciative Clementis VII. Pii V. & Gregorii XIII. quarum tamen enunciatarum illa quæ a Sede Apostolica emanarunt, habent clausuram, & sicut accepimus, & nulla excedit metam centum annorum. Imò pleræque emanarunt ab anno 1570. Unde non dicuntur antiquæ secundum opinionem Innocentij in cap. Veniens, de verb. signific. lib. 6. quam dicit communem Cravett. de antiq. tempor. in princ. num. 4. Ideoque non probant saltem contra tertium, ut latissime profertur in eodem tractatu, Cravett. par. 1. §. Propositum nostrum, per totum.

29 Præsertim cum ex litteris erectionis, & ex tenore concordie constet de falsitate enunciati. Receditur enim a præsumptione, quæ inducitur ex verbis enunciatis, [quotiescumque in contrarium arguit fortiores præsumptiones,] ut declarat Aret. in cap. Per tuas, de probat. & conf. 13. sol. fin. vers. Præterea ista confessio, & Cravett. loc. cit. in 57. Quæ enunciative magis etiam eliduntur ex laudato à Cardinalibus S. Severinæ, & Lancelotto, qui contra Episcopum Sarinaten, pronuncjavit dictum castrum esse jurisdictionis Episcopi S. Sepulchri. Et quamvis Abbas in eo iudicio citatus non fuerit, tamen res inter alios acta inducit saltem præsumptionem contra tertium, ut per gl. & DD. in l. Si duo patroni, ff. de iur. et mul.

31 Et multi tenent facere semipleenam probationem ut per Cravett. ibid. num. 23. & 29.

Rursus obquassantur dictæ enunciative etiam ex visitationibus, & alijs actibus jurisdictionalibus Episcoporum S. Sepulchri, cujusmodi sunt monitoria ad finem revelationis, executiones dispensationum matrimonialium, parochialium ecclesiarum concursus, & accessus Abbatum pro tempore ad Synodum Episcopi; quæ omnia ad Episcopum non pertinerent, si dictum castrum nullius diocesis existeret, d. c. Conquerente, & cap. 32. Cum Episcopus, de offic. ordin. lib. 6. Nec dicatur visitationes censeri factas auctoritate delegata: quia respondetur Episcopum non posse visitare ecclesias regulares, in quibus viget regularis observantia, nisi jure ordinario ad præscriptum c. it. sess. 25. de regul. ar. ut latius patebit inferius: nam decretum Concilij c. 9. sess. 24. quo tribuitur Episcopo proximiori facultas visitandi auctoritate Apostolica ecclesias nullius diocesis, restringitur ad Ecclesias seculares tantum, ut patet in littera; nec habet locum in regularibus, ut sapienter censuit Sacra Congreg. ejusdem Concilij interpres. Cum ergo Episcopi dictam ecclesiam visitaverint, censetur illam visitasse tamquam diocesanam, cum alio jure non possint, ut in terminis tradit Feder. de Sen. conf. 195. num. 5.

Non obstat quod Abbates olim concesserint litteras dimissorias, Synodum congregaverint, & jurisdictionem exercuerint: nam ex his non concluditur status nullius diocesis, ut superius dictum est, sed solum jurisdictionem, quæ non potest negari quin competat Abbati in vim prædictæ concordie à Sede Apostol. confirmatæ. Et quamvis aliquot testes olim examinati ad instantiam Abbatis æponant dictum castrum esse nullius diocesis; non tamen intelligunt quid importet nullius diocesis existere; neque hujus dicti causam sufficientem reddunt, & vincuntur de mendacio ex verbis transactionis, & alijs supradictis.

35 Cæterum est dictum castrum non sit nullius diocesis, videtur tamen exemptum cum suis ecclesijs à jurisdictione Episcopi, quod probatur ex eadem concordia inita anno 1581. inter Episcopum, & Abbatem: nam cum Episcopus sub Sedis Apostolicæ beneplacito transulit in Abbatem omnimodam jurisdictionem in dicto castro; utiq; censetur illam transulisse privative, & non cumulative ex tribus fundamentis.

37 Primum est, quia Episcopus transulit in Abbatem jurisdictionem adjecta dictione, omnimodam; Item merum, & mixtum, & spirituale dominium: ergo censetur transulisse privative. Si enim cumulative sibi retinisset, Abbas ab Episcopo præventus nullam posset jurisdictionem exercere: & sic Episcopus in eum omnimodam jurisdictionem non transulisset contra naturam illius dictionis, omnimodam, quæ universalis est, & comprehendit omnia, ut insinuat quib. modis patr. potest. solu. in princ. vers. Nam mortuus, Decian. conf. 35. num. 47. lib. 2.

38 Secundum, quia Episcopus dum transulit jurisdictionem, sibi retinuit tantum ea, quæ sunt ordinis, & facultatem Pontificalia exercendi, & in beneficijs instituendi. Ergo in reliquis sibi jurisdictionem non retinuit: reservavit enim, & exceptio in uno arguit concessionem in alio, c. Quibus, vers. Quod enim de uno negatur, 25. dist. 1. Cum

Prætor. ff. de iudic. Bart. in l. Quassum, §. Denique, ff. de fundi. instruct.

39 Tertium quia Episcopus declarat se transferre jurisdictionem in Abbatem pro comoditate tam Episcoporum, quam habitatorum dicti castri in audiendis, iudicandis, & exequendis causis ne citra Alpes avocarentur: jurisdictione autem tributa in favorem certarum personarum censetur attributa privative, non cumulative, si reducere in illarum favorem ut sit privativa, ut hoc casu, in quorum prodesse incolis jurisdictione Abbati attributa, si nihilominus ipsi cogentur in Curia Episcopi causas agere; atque ita declarat Felin. in cap. Pistoralis, col. 3. in §. limit. de offic. ordin. & Afflic. de off. 41. num. 3. vers. Vt in similib. usque in finem, ubi citat Bald. & alios, & plures cumulat ibi Ursill. eandem decisionem sequutus.

Quæ omnia multò clariora sunt ex observantia subsequuta, ad l. si de interpretatione, ff. de legib. & c. Cum dilectus, de consuet. Nam Episcopi, quod constet, nullam jurisdictionem exercuerunt in dicto castro præter eam, quam sibi reservarunt in concordia, & eam quæ non potest exerceri ac exemptis, veluti concursus instituire, ut in decreto Concilij Tridentini c. 18. sess. 24. & monitoria ad finem revelationis decernere, ut in cap. 3. sess. 25.

40 Contra verò Abbas in reliquis semper omnimodam jurisdictionem illi dicitur exercuisse privative ad Episcopum: jurisdictione autem per prescriptionem acquisita in dubio censetur privativa, cap. Auditus, & ibi Abb. in 3. col. sub nu. 7. vers. Aliud etiam singulare, & cap. Cum olim, de præscript. & idem Abb. in cap. Irrefragabilis, in princ. de offic. ordin. & Felin. in d. cap. Pistoralis, num. 5. in §. limit. Quod indubitanter verum est, quando inferior solus exercuit, non autem Episcopus, ut scripsi latissime in d. cap. Auditus.

41 Quibus ita se habentibus, ad secundam partem dubij videtur respondendum, quod pertinet ad ecclesiam Abbatialem S. Marie, Episcopus S. Sepulchri posse quidem illam visitare jure ordinario, sed in his tantum, quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem concernunt; alias verò ecclesias posse visitare in omnibus, sed auctoritate delegata dumtaxat.

42 Prima pars probatur decreto Concilij Tridentini in cap. 11. sess. 25. de Regular. ubi in monasterijs, seu domibus, quibus imminet animarum cura personarum secularium, tam seculares, quam regulares huiusmodi curam exercentes subiciuntur immediate visitationi, jurisdictioni, & correctioni Episcopi, in cuius diocesi sita sunt, in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent; verba enim illa, subint immediate jurisdictioni Episcopi, in cuius diocesi sita sunt, indicant Concilium de jurisdictione ordinaria loquutum fuisse; ideoque ibi non sunt appposita verba tamquam Sedis Apostolicæ delegati, ut consuevit Concilium apponere, ubi novit privilegia exemptorum vulnerare, sed delegatam jurisdictionem attribuit, ut in cap. 3. sess. 6. cap. 8. sess. 7. cap. 4. sess. 14. cap. 3. sess. 21. cap. 9. sess. 24. & sæpe alibi, scriptis plenè in cap. Tuarum infra, de privileg. Ideoque jam S. Congregatio respondit facultatem visitandi, juxta d. c. 1. competere Episcopo ordinaria auctoritate.

43 Secunda verò pars, id est posse Episcopum visitare quoad omnia ecclesias seculares à dicto monasterio